
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01179842 8

16

TYCHONIS BRAHE DANI
OPERA OMNIA

Auspiciis Societatis linguæ et litterarum Danicarum
(Det Danske Sprog- og Litteratur-Selskab)

TYCHONIS BRAHE DANI
OPERA OMNIA


EDIDIT

I. L. E. DREYER

TOMUS X



HAUNIÆ MCMXXIII
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA
TYPIS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)


LIBRARY
MAY 7 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

TYCHONIS BRAHE DANI
THESAURUS OBSERVATIONUM

AD FIDEM CODICUM
PRIMUM INTEGRUM EDIDIT

I. L. E. DREYER

SUMPTIBUS INSTITUTI CARLSBERGICI

TOMUS I

HAUNIÆ MCMXXIII
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA
TYPIS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)

PROLEGOMENA EDITORIS.

HÆC editio observationum astronomicarum TYCHONIS BRAHE, cujus nunc primum tomum publice edimus, prima est omnibus numeris expleta. Neque tamen nos primi has observationes omnes vel partem earum edere aggredimur. Itaque antequam codices manu scriptos, quibus usi sumus, describimus, fata eorum narrabimus, et qui antea iis usi sint, referemus.

Tychonem, si longius ætate provectus esset, animo propositurum fuisse, ut omnes observationes suas publicaret, vix credi potest. In epistula sane a. 1587 Guilelmo Landgravio data ita de iis scribit (vid. tom. VI p. 74,37): »Eas vero cum aliorum inuentis conferre, & tandem in vsum publicum producere, vt tota astrorum scientia exacte apparentijs cælestibus satisfaciat, elaboro.« Anno vero 1598 in conspectu operum suorum Hvenæ peractorum, quem *Mechanicis* inseruit (fol. F 2v, *Op.* tom. V p. 110,18), ita loquitur: »Eas rarissimi & pretiosissimi thesauri loco custodio: quas tamen cunctas aliquando forte publici Iuris faciam, ubi adhuc plures iis adjungere, Divina concesserit clementia.« Attamen suspicio satis nota, quam semper habebat Tycho, quando de observationibus ejus agebatur, ac timor ejus perpetuus, ne laudem inveniendi, quæ ex illis efficienda essent, aliquis sibi præriperet, utique eum, ut credi debet, abstinuisset, ne publici juris eas faceret. Atque anno tantum 1½ ante mortem Tychonis IOHANNES KEPLER, cum primum Benaticæ degeret, in »deliberatione« satis longa duorum alterum sibi faciendum esse dicit: »aut describendæ« inquit »mihi privatim ejus observationes (id autem non concedet, et merito, hic enim est ejus thesaurus, et in hoc totam vitam et tot opes consumsit) aut una cum ipso annitendum ad maturationem operis« (Kepleri *Op.* VIII p. 718 sq.).

Bene accidit astronomicæ disciplinæ, ut paulo post mortem Tychonis omnes ejus observationes Keplero obvenirent, non solum libri illi archetypi Hauniæ nunc asservati, in quos omnibus noctibus relatum erat, quicquid in cælo erat observatum, sed etiam exemplum nitide transscriptum Vindobonæ nunc asservatum, in quo secundum argumenta distributæ erant observationes, ita ut inde ab anno 1582 singulorum annorum observationes codici cuique inessent.[1] Unius autem codicum archetyporum, qui observationes continet annorum 1596—97, involucro (quod nostra sane ætate renovatum

[1] Anno 1621 (d. 5 m. Nov.) Ferdinandus II Imperator Iohanni Friderico Duci Wirtembergensi scripsit, ut codices hos repeteret. Ex hac epistula discimus, Keplerum secundum pactionem a. 1604 cum Francisco Tengnagel, genero Tychonis, factam accepisse »von allen . . . . observationibus schön vnd sauber abgeschriebne vnd in viel büecher eingebundene Copien, bei welchen ex ipsis Autographis gleichfalls etwas mitgelauffen« (vid. F. R. FRIIS, *Breve og Aktstykker angaaende Tyge Brahe og hans Slægtninge* [Hauniæ 1875] p. 150). Majorem partem observationum primarum jam ante annum 1604 Keplero datam esse veri simile est, et ex epistula a. 1621 data, quam attulimus, id solum effectum esse potest, ut exemplum transscriptum redderetur; constat certe codices archetypos numquam ab eo redditos esse.

est) in fronte scheda agglutinata est, in qua sic scripsit Kepler: »Extract aus mein Johann Kepplers den Brahischen Erben zugestellter Erklerungsschrift. Entlich und zum fünften sol auff einen jeden Tomum herabgemeldeten Observationen, sobalt ich nach Linz komme, ein offene Zettel auffgeleimet, und meinen Erben, darinnen von mir anbefohlen werden, dass solche Bücher, da ich etwa Todtes verbliche, alsobalden zu meinem Schatz oder Kleinodien eingesperret und vor der eroffen Jhr. Kay. May^{te} sowie auch den Brahischen Erben vmb weitere Vorsorg und Verwahrung deroselben angemeldet werden, damit also die Erben auch auff diesem Fall, des abgesetzten ersten Puncts halben desto mehr versichert sein.« Cum vero non ante annum 1612 Praga Lincium demigraverit Kepler, ne pactio quidem, quam cum Tychonis heredibus fecit, ante eundem annum facta esse potest.

Verum usque ad mortem Kepler libros retinuit. A. 1625 in libro, qui inscribitur *Tychonis Brahei Dani Hyperaspistes*, his verbis, quid sibi propositum esset, aperuit: »Jam dudum in id enitor, ut Cæsare sumtus faciente libri observationum, thesaurus nimirum antiquitatis in arte nostra pretiosissimus, sub mea aliorumque fide dignorum inspectione et correctione multiplici bono aliquo numero exemplarium excudantur...«[1] Ad idem propositum revertit editis *Tabulis Rudolphinis*. D. 2 m. Oct. a. 1627 Berneggero amico Francofurto sic scripsit: »Observationum Tychonis excudendarum causa, circumspicio occasiones manendi in Germania superiori.«[2] Denique d. 17 m. Aug. a. 1628 Georgio filio Tychonis natu minimo observationes typis describendas curare brevi sese aggredi posse sperare scribit. Ait vero Willebrordum Snellium in *Observationibus Hassiacis*, quæ a. 1618 Lugduni Batavorum prodierant, observationes Tychonis annis 1600 et 1601 factas excerpsisse, quod ut faceret, ei præsto fuisse opinatur observationum librum archetypum formæ maximæ (»den gantzen sibenden Tomum in folio des Protocolls«); quærit autem e Georgio Brahe, sitne hic liber inter tumultum anni 1618 Praga ablatus.[3] Quod permirum videtur; nam hunc librum a. 1628 Keplerum possedisse affirmare licet, quoniam filius ejus postea eum cum ceteris codicibus vendidit. Verum editio, quam mente agitaverat, ne cœpta quidem est typis describi; nam d. 15 m. Nov. a. 1630 mortuus est Kepler, et Dux de Wallenstein, sub cujus tutela Sagani in urbe Silesiæ vixerat, non multo post »ad excudendas observationes Tychonicas & cetera ob mutatum rerum suarum statum, sumptus non amplius esse suppeditaturum« sese professus est.[4]

[1] Vid. KEPLERI *Opera* (ed. Frisch) VII p. 215. Sed jam a. 1604 in proœmio libri, qui inscribitur *Ad Vitellionem Paralipomena*, de observationum libris sic locutus erat: »Libros 24 lector sciat a Tychone relictos esse, quos opportuno tempore in lucem prodituros spero« (*Op.* II p. 127)

[2] Vid. *Epistolæ J. Keppleri & M. Berneggeri mutuæ* (Argentorati 1672, in 12°) p. 95; cf. ibid. pp. 100 et 112 et Kepleri *Op.* VI p. 625; VIII p. 910.

[3] FRIIS, *Breve og Aktstykker* p. 152.

[4] Vid. *Epistolæ W. Schickarti & M. Berneggeri mutuæ* (Argentorati 1673, in 12°) p. 161

At alio loco fuit, qui rem aggressus est. ALBERTUS enim CURTIUS, e Societate Jesu, rector collegii Dillingensis (quod oppidum est apud Danubium situm), qui litterarum commercio cum Keplero conjunctus erat, nescio quo modo impetravit, ut observationes secundum annorum seriem in codices transscriptæ in manus suas pervenirent. De his agit Tycho in *Mechanicis* (fol. F 2ᵛ; *Op.* tom. V p. 109,29 sqq.), ubi de iis disputat, quæ usque ad annum 1597 aut 1598 in rebus astronomicis perfecerat, his verbis: »Peractæ autem sunt ibi 21 annorum sedulæ observationes, quas primum in magnis voluminibus conscriptas, postea seorsim in singulos libros, pro quolibet nimirum anno distribui & ad mundum describi curavi: idque tali ordinatione peregi, ut stellæ fixæ seorsim, quotquot illo anno denotatæ fuere, suum haberent locum, Planetæ vero omnes proprium peculiariter & distincte, incipiendo a Sole & Luna, ac per reliquos quinque Planetas transeundo usque in Mercurium.« Quamquam vero, ut ex his verbis patet et aliunde etiam notum est, jam a. 1576 Hvenæ observationes instituere cœperat, ab anno demum 1582 incipit illa voluminum series; observationes vero ante hunc annum institutas, quia numero pauciores erant, numquam sic distribuisse videtur, nec liber eas continens inde a m. Dec. a. 1577 umquam Curtio traditus est, sed apud Keplerum permansit et nunc Hauniæ asservatur (noster codex B); tomus autem, qui anni 1593 observationes continebat, jam ante Kepleri mortem plane perierat. Quo pacto vero observationes tam nitide transscriptæ inter manus Curtii pervenerint, tradideritne ipse Kepler a. 1621, an vendiderit Susanna filia post mariti Bartschii, professoris Argentoratensis, obitum (a. 1634), non constat.[1] At Curtio plane ignotum fuisse videtur, alios quoque exstare

Qui de hac re Berneggerum certiorem fecit, Bartschius erat, gener Kepleri. Illo autem tempore (m. Junio a. 1631) Dux de Wallenstein in odio erat Imperatori.

[1] KAESTNER, *Geschichte der Mathematik* II (Gottingæ 1797) p. 651 sqq. relationem publicavit, quam die non adscripto ad Cancellarium Austriæ, Comitem de Martinitz dedit Curtius; inventa autem erat inter litteras, quæ fuerant professoris cujusdam Vindobonensis nomine Popowitsch. Hic scribit Curtius intellexisse sese anno 1634 exeunte mortuum esse Bartschium Laubani in Lusatia; »obseruationes eas omnes et scripta alia, partim Laubani, partim Dresdæ obsignatas beneque asseruatas teneri«. Petit autem, ut »ad vindicanda ea scripta et obseruationes« homo fidus Laubanum mittatur; »nam cum quamplurimæ in chartis sordidis atque schediasmatis consignatæ sint, fieri facile possit, vt quæ pretiosissima omnium sunt, negligerentur«. — Hæc sane descriptio in codices, qui nunc Vindobonæ sunt, non cadit, sed potius in quosdam Haunienses aut in litteras mixtas Vindobonenses. — Eodem anno 1634 libros manu scriptos quæsitos esse, aliunde etiam scimus. Nam d. 6 m. Febr. a. 1638 Ludovicus Kepler Galilæo scripsit, Christophorum Scheinerum ad Imperatorem retulisse, »observationes Tychonis Brahei .... ut et quædam ex operibus parentis mei, instar thesauri esse æstimanda, et propterea, ne omnibus innotescant, in Bibliotheca Imperiali reservanda, pro notitia solius Imperatoris et paucorum, quibus, ex singulari gratia, ad usus libros istos velit concedere.« Inquisitum igitur esse »ante quadriennium« apud sororem suam, viduam Bartschianam, essentne libri apud illam; postea vero Ludovicum Keplerum in locum alium tutiorem illos transportasse (*Opere di* GALILEO, *Ed. naz.* XVII p. 277). Hi sunt sine dubio libri observationum archetypi, non exemplum transscriptum.

observationum codices; et archetypi illi penes Ludovicum filium Kepleri natu maximum, qui Regiomonti medicus consedit (vid. Kepleri *Op.* VIII p. 907), permanserunt. Illos vero Curtius nactus ingentem thesaurum observationum astronomicarum parare aggressus est, quarum potior pars Tychonis observationes esse debebant. De hoc instituto Petrus Gassendus a. 1647, cum *Tychonis Brahei Vitam* edere pararet, certior factus est, et anno sequenti Hevelius per Mersennum ex eo quæsivit, rectene fama nuntiaret, Religiosum e Societate Jesu ab Imperatore dono accepisse ipsa observationum Tychonis autographa; »certiorem enim certo se esse, exstare ipsa autographa penes Ludovicum Kepplerum Doctorem Medicum Regiomonti commorantem .... vidisse se illa suis oculis.« Gassendus tamen rem expedivit, adhibito loco *Mechanicorum*, quem supra attulimus.[1]

Speciminis loco observationes anni 1582 Curtius edidit libro, qui inscribitur »*Sylloge Ferdinandea sive Collectanea Historiæ Cælestis ex Commentariis Mss. Obss. Tychonis Brahei ab Anno 1582 ad Annum 1601. Accessit Epimetron ex Observationibus Hassiacis, Wirtembergicis et aliis, quæ omnia Jussu Auspiciisque Ferdinandi III Imp. Cæs. Pii, Fel. Aug. PP. recensuit et .... vulgavit Lucius Barrettus, Anno CIↃ ↃIC LVI. Viennæ Austriæ*«. Hic vero exhibetur colophon: »*Operis Davidis Havtti, Bibl. Viennensis, Anno 1657*« (non eodem, qui in titulo apparet). Continet præter Præfationem et Librum προλεγόμενον observationes anni 1582, quarum supra unamquamque paginam legitur »Sylloge Ferdinandea«. Quod autem nomen editoris affertur Lucius Barrettus, non Albertus Curtius, factum est litteris per jocum transpositis. Eodem modo egit in opere ad finem perducto, quod prodiit tandem a. 1666; liber hic est splendidus, ingens formæque maximæ ac typis descriptus paulum ab illis discrepantibus, qui in priore illo apparent. Inscribitur vero sic: »*Historia Cœlestis jussu S. C. M. Ferd. III edita complectens Observationes Astronomicas varias ad Historiam Cœlestem spectantes ... Tychonis Brahe ... Babylonicas, Græcas, Alexandrinas ... Michaëlis Mœstlini ... Hassiacas ... Miscellaneas*«. Augustæ Vindelicorum MDCLXVI (in nonnullis tamen exemplis: Ratisbonæ 1672). Inest tabula magna atque duplex, quæ imagines exhibet quattuor Imperatorum; in alia depictum est Uraniburgum cum ceteris locis, ubi Tycho observationes instituerat; in tertia denique ipsum Tychonem videmus ingenti sextante nitentem.[2] Paginas autem continet CXXIV + 977.

At, quod valde dolendum est, hæc editio adeo manca est et tanta indiligentia confecta, ut pæne inutilis sit. Nam ut omnium annorum ante 1582 et

[1] PETRI GASSENDI *Tychonis Brahei Vita* (Parisiis 1654) pp. 241—243.

[2] Hæc effigies aliam exprimit, quæ coloribus aqua mixtis picta est in membrana exemplo cuidam *Progymnasmatum* præfixa, quod missum erat Iohanni Zajic de Hasenburg salutationem præbens ipsius Tychonis manu scriptam, et nunc Pragæ in monasterio Strahof asservatur.

totius anni 1593 observationes deesse taceam,[1] per totum librum lacunas frequentes atque magnas deprehendere licet. Sæpe accidit, ut complures paginæ continuæ non descriptæ sint, sicut ad exitum anni 1584 dimidia pars observationum, quas Fruenburgi instituerat Elias Olai, et omnes, quas Regiomonti idem instituerat, omissæ sunt. Porro ad annos 1589 et 1591 inter observationes stellarum fixarum aliquot magnæ lacunæ occurrunt, et omnes desunt observationes stellarum fixarum annis 1595 et 1597 et 1599 factæ; ac sæpissime sane unius vel duarum noctium opera prætermittitur. Multæ descriptiones eclipsium omissæ sunt; ubi vero utrumque pinnacidium armillarum inspectum, vel binis rationibus sextans positus erat, unus crebro numerus indicatur. Pleraque denique loca planetarum calculis inventa omissa sunt, quo factum est, ut de opera Tychonis prava sentire necesse esset, qui legerent; sicut Flamsteedius opinatus est, quadragena tantummodo uniuscujusque planetæ loca illum reliquisse ex observationibus per calculos reperta.[2] Melius sane egisset, si *omnia* illa omisisset. Quod vero magis etiam nocet quam hæ prætermissiones vitiosæ, innumerabilia sunt errata typographorum: numeri falsis locis positi aut omissi, etiam signa Zodiaci male intellecta, quasi numeri essent, sicut pro Cancri signo scribitur numerus 69, vel pro Arietis signo littera V. Itaque lubricus est usus hujus editionis, qua nullam ullius scriptoris operum pejorem inveniri certo affimari licet.[3]

Dum hac ratione pessima Curtius libris transscriptis utebatur, via patefacta est, qua meliorem in modum libri archetypi ad usum adhiberi possent. Anno enim 1655 (si non antea) hos observationum libros LUDOVICUS KEPLER vendidit FRIDERICO III, Daniæ et Norvegiæ Regi, qui in bibliotheca regia Hauniensi nuper ab ipso condita eos collocavit, ubi hodie quoque asservantur. Quo tempore hoc factum sit, novimus ex epistula, quam d. 29 m. Julii (stil. vet.) a. 1655 PETRUS REEDTZ, qui postea factus est Cancellarius Daniæ, PETRO GASSENDO dedit, ut illi, quod quattuor exempla libri sui de *Tychonis Brahei Vita* sibi misisset, gratias ageret; ubi sic legimus: »Mais deuant de finir ma lettre, i'ay creu deuoir à vostre curiosité cet auis, à sçauoir que sa Majesté mon Roy a parmy d'autres et rares Manuscrits l'Autographe des Obseruations dudit TYCHO BRAHE, lesquelles seront imprimées icy.«[4]

[1] Suspicatus est Curtius (*H. C.* p. 547: »tantum divinatio est«) codicem anni 1593 Cassellas missum esse, ut cum Landgravii observationibus comparatio institueretur; quod multi viri docti, quasi certum atque indubitatum esset, repetiverunt.

[2] F. BAILY, *Account of the Rev. John Flamsteed* p. 744

[3] In libro meo *Tycho Brahe* p. 373 libros transscriptos, quibus usus esset Curtius, mancos et cum archetypis male collatos fuisse dixi; sed injuria. Nam 19 illi codices, qui nunc Vindobonæ asservantur, summa diligentia scripti et cum archetypis collati sunt, omnique fide digni.

[4] Vid. P. GASSENDI *Epistolæ* (*Operum* tom. VI, Lugduni 1658) p. 538 sq. (Lettre de Monsieur le Grand Maistre de Dannemark à Monsieur Gassendi). Nomen prave scriptum est *Reeltz*, sed recte scribitur aliis ejusdem libri locis

At has observationes edendi mora fuit bellum Suecicum perniciosum. Tandem vero a. 1664 opus inceptum est et ERASMO BARTHOLINO commissum, qui vir doctus maxime inde notus est, quod in crystallo Islandico duplicem refractionem apparere invenit.[1] Huic d. 20 m. Junii a. 1664 Regis jussu traditi sunt omnes libri atque fasciculi, quos acceptos rite testatus est, cum unumquemque satis minute describeret ac definiret, ita ut nobis facile fuerit omnes agnoscere.[2] Cum vero exemplum in usum typographorum conficere cœpisset, certior factus est de nova illa *Historia Cœlesti*, quam cum nactus esset, observationes anni 1582 illic editas cum libris manu scriptis accurate contulit et innumerabiles Curtii errores deprehendit. Collationem suam publice notam reddidit libello, qui inscribitur *Specimen recognitionis nuper editarum observationum astronomicarum Tychonis Brahe* et prodiit Hauniæ a. 1668.[3] Hujus libelli, qui 48 paginas continet in 4°, collatio ipsa paginas 36 implet. Antequam illam aggreditur, de libris manu scriptis Hauniensibus et de nova, quam instituerat, editione rationem dat Bartholinus.

Hac prolusione peracta, omnium annorum observationes, quas dedit *Historia Cœlestis*, cum libris manu scriptis contulit et in suum illius operis exemplum[4] omnes discrepantias, quæ quidem alicujus momenti essent, retulit. Annorum vero 1563—80, 1583[5], 1593 sicut omnes cometarum observationes ac præterea partes quasdam majores, quas prætermiserat *Historia Cœlestis*, in librum separatum[6] retulit. Ex his denique cum libris manu scriptis diligenter collatis omnes observationes in exemplum perfectum atque absolutum transscriptæ sunt, quod typographis reddendum erat. Ad hæc omnia multum temporis consumptum esse facile intellegitur, sed præsto erat Bartholino satis pecuniæ, et adulescentuli litterarum studiosi sex operam dabant observationibus describendis atque conferendis; præcipuus autem adjutor ejus erat OLAUS RŒMER, qui postea factus est astronomus insignis. Ad finem anni 1668 per popularem quendam iter facientem inquirendum curavit, velletne typographus præclarus Iohannes Blaev, cujus pater per hiemem anni 1595—96 Uraniburgi commoratus erat, observationes typis suis describere. Quod ille haud invite facturus esse videbatur, sed antequam

[1] BARTHOLINUS, qui a. 1625 natus et 1698 mortuus est, edidit a. 1669 libellum, qui inscribitur *Experimenta crystalli Islandici disdiaclastici.* — Quæ de opera ejus hic disputantur, sumpta sunt ex ipsius relatione, quam in libro manu scripto Hauniensi Ant. Coll. Reg. 310 in fol. dedit, et e libro E. C. WERLAUFFII *Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek i Kiøbenhavn* (2. ed. Hauniæ 1844).

[2] Bartholini accepti lationem exscripsit Werlauff p. 53 sq. Si excipias unum librum in 8°, qui observationes continuit annorum 1563—74, sed infelici casu periit, omnibus libris a Bartholino commemoratis ad hanc editionem conficiendam usi sumus.

[3] De hoc libello cf. KAESTNERI *Geschichte der Mathematik* II p. 656.

[4] Divisum erat in tomos duos, qui nunc sunt Haunienses Ant. Coll. Reg. 308—309 in fol.

[5] Quare prætermissæ sint anni 1581 observationes, quæ desunt *Historiæ Cœlesti*, additis pro illis anni 1583 observationibus, quæ illic inveniuntur, explicare non possumus.

[6] Hic est Hauniensis codex Ant. Coll. Reg. 310 in fol.

mandatum reciperet, de tota re bene instrui voluit, quot quaterniones editio comprehensura esset etc.[1] At de talibus numquam certior factus esse videtur; nam a. 1670 mortuus est Fridericus III Rex, cui qui successit Christianus V, nihil tribuit litteris ac doctrinæ, quo factum est, ut de omni incepto desisteretur.

Cum vero illo tempore sex jam anni elapsi essent, ex quo libros Bartholinus acceperat, cum pecuniæ satis et adjutores sex præsto ei essent, mirum videri potest, quod nihildum typis erat descriptum. Vix tamen dubitari potest, quin studium, quod Bartholinus operi tribuebat, haud parum deminutum sit, postquam res satis molesta ei innotuit. Comparatione enim cum *Historia Cœlesti* instituta, in observationum libris, quos possidebat, archetypis, præcipue ad annos 1582—89, lacunas graves esse deprehendit (de quibus infra accurate disputabimus); quæ ope illius editionis fide indignæ explendæ erant. Hanc tamen rem paucis tantum locis perstringit Bartholinus, ut in libro suo manu scripto, in quem observationes transscripsit (Ant. Coll. Reg. 310) inter quædam »ad observationum Tychonicarum recensionem annotanda« ad annum 1585 annotavit: »Multa hic reperiuntur, quæ in Ms° non inveniuntur, ideoque non corrigi potuerunt convenienter«, ac similiter ad annum 1587 (ad *H. C.* p. 293) et ad a. 1588 (ad *H. C.* p. 360: »Nondum exscriptæ sunt observationes Stellarum fixarum, quia non in Ms°«[2]). Mihi autem observationes edere paranti illud plane ignotum erat, cum libris archetypis observationum a. 1582 et sequentium operam dare cœpi.

Deinde a. 1671 IOHANNES PICARD, astronomus insignis, in Daniam venit, ut Uraniburgi longitudinem et latitudinem determinaret. Qui cum cognovit, quomodo res se haberet, petivit atque impetravit, ut sibi liceret exemplum observationum, quod Bartholinus faciendum curaverat, secum Lutetiam Parisiorum reportare, ut sumptibus Regis LUDOVICI XIV observationes typis describendas curaret.[3] Libros vero archetypos, ut ad eos opus exigeretur, jussus est Bartholinus tradere OLAO RŒMERO, cui persuaserat Picardus, ut secum Lutetiam proficisceretur. Illic vero negotium haud facile expeditum est, neque ante d. 7 m. Dec. a. 1680 Academia Scientiarum a Colberto sen-

[1] Vid. WERLAUFF p. 411.

[2] Similiter in exemplo suo *Historiæ Cœlestis* correcto (Ant. Coll. Reg. 308) ad observationes stellarum fixarum anni 1587 adscripsit (p. 312): »Hæc nondum exscripta quia non in Ms°, sed possunt tamen reliquis adjungi«.

[3] His verbis, quæ transscripsit Bartholinus in codicem suum (310), libros acceptos testatus est: »Ie confesse auoir receu de Monsieur Erasme Bartholin les Observations de Tycho Brahe escrites au net en cinq Volumes in folio, depuis l'année 1563, jusques à 1601, auec les Observations des Cometes, à condition qu'elles seront imprimées a Paris au Loure aux depans du Roy de France, et qvant à la dedication et préface elles seront faites par le dit Sieur Bartholin. Ie promets aussy qu'incontinant aprez l'ouurage achevé d'imprimer, il en sera fourny cinqvante exemplaires, qui seront mis entre les mains de qui l'on voudra. Fait a Copenhague le 2 Auril 1672. Picard.«

tentiam rogata Tychonis observationes typis describendas esse respondit, præsertim quia in Germania emissa esset editio vitiis scatens; et d. 14 ejusdem mensis Picardus Academiæ retulit a Colberto hoc esse imperatum: »Les manuscrits de Tycho devoient être imprimés *in-fol.* en caractères de Saint-Augustin, sur une seule colonne«.[1] Cum anno sequenti Rœmerus in Daniam revertit, nihildum confectum erat, sed tandem opera inchoata est, et descriptæ sunt paginæ 96.[2] At a. 1683, cum Colbertus et Picardus ambo e vita discederent, finis factus est describendi. Libri autem manu scripti ab iis, qui Daniæ administrandæ præpositi erant, requisiti, a viro docto FRIDERICO ROSTGAARD Dano a. 1697 in specula Parisiensi reperti sunt; qui d. 10 m. Maji ad I. C. Wolfenium, qui pro præfecto bibliothecæ regiæ Hauniensis eo tempore erat, his verbis scripsit: »Je vis donc à la fin le 4 de ce mois dans la chambre du dit Sr. de la Hire les manuscrits de Tycho Brahe, et je trouvay sept volumes in folio, sept volumes ou paquets in quarto gros et petits, et un volume in octavo, avec deux brochures in folio et une brochure in quarto. Il y avait outre celà une copie de ces sept volumes in folio, que M. Picard doit avoir fait faire, aux dépens du Roi Très Chrestien, et sur la quelle par conséquent nous ne pourrions faire aucune prétension.«[3] Quod ultimo loco commemorat exemplum, dubium esse non potest, quin fuerit illud, quod Bartholinus describendum curaverat, quod propter hunc infelicem errorem Lutetiæ relictum est; nam Picardum quoque libros transscribendos curavisse, nemo præterea memoriæ prodidit. At libri archetypi litteris publicis repetiti legato Daniæ redditi sunt; qui cum a. 1707 in Daniam revertit, in bibliotheca regia Hauniensi tuto repositi sunt.

Eodem anno 1707 ARBUTHNOT quidam medicus Georgii Principis Daniæ,

[1] Vid. A. G. PINGRÉ, *Annales célestes du dix-septième siècle* (Lut. Par. 1901; e Regestis Academiæ Scientiarum) p. 359.

[2] Paginas quidem 68 tradunt JEAURAT (*Histoire de l'Académie Royale des Sciences, Mémoires de Mathématique et de Physique* Année 1763, p. 87) et LALANDE (*Astronomie* 2. ed. I p. 198), et FRIDERICUS ROSTGAARD (de quo vid. ann. seq.) descriptas esse ait paginas 88 usque ad finem quaternionis Y; at monuit LEOPOLDUS DELISLE (*Journal des Savants* 1901 Febr. p. 86 sq., ubi agit de editionibus Tychonis *Mechanicorum*), etiamnum asservari in bibliotheca nationali Parisiensi (V. 1804) quaterniones a. 1681 sqq. typis descriptos, quos esse numero 23 absolutos, unum vero (pp. 93—96) nondum correctum, qui pænultimum non plane excipiat; complecti autem tempus a d. 17 m. Aug. a. 1563 ad d. 5 m. Dec. a. 1582. M. Martio a. 1793 in Academia Scientiarum quæsitum esse, an opera resumenda esset, at tempora fuisse iniqua, et Academiam dissolutam esse d. 8 m. Aug. De hoc negotio relationem composuit LALANDE, cujus exemplum cum quaternionibus typis descriptis conjunctum est; transscripsit Delisle l. c. p. 87. Ait ille unam paginam *Historiæ Cœlestis* duabus pæne paginis novæ editionis (»édition de Louvre«) respondere; itaque tomos tres vel quattuor hanc complexuram fuisse. Cum vero paginæ 1—86 observationes contineant usque ad exitum anni 1581, non recte dixit Delisle (vid. supra) in paginis usque ad 96 exhiberi observationes usque ad Dec. 5; debuit scribere usque ad finem observationum Solis d. 3 (non 5) m. Dec. a. 1582, cum in *Historia Cœlesti* observationes Lunæ 7 paginas impleant, neque observata sit Luna m. Decembri.

[3] Rostgaardii relatio in archivo bibliothecæ regiæ Hauniensis nunc asservatur.

cum Anna Regina Britanniæ matrimonio conjuncti, cui præter alios viros doctos a Regia Societate mandatum erat, ut observationes Flamsteedii publice edendas curarent, suasit, ut una cum his Tychonis observationes in Britannia ederentur. De hac re Rœmero scribere instituit NEWTON, nec tamen quicquam profectum est.[1]

Exemplum autem Bartholini Lutetiæ summo usui fuit. Totum transscripsit J. N. DE L'ISLE in sex maximæ formæ tomos nitide exaratos, qui nunc in specula Parisiensi asservantur. Hoc exemplum, comparatione cum libris archetypis facta, summa cura confectum esse reperimus; quamquam memoria tenendum est, cum, ubicumque libris archetypis aliquid deerat (ut e. g. omnes stellarum fixarum observationes annorum 1587 et 1588) *Historia Cœlestis* clausis oculis exscribenda fuisset Bartholino, idem De l'Islio quamvis inscienti faciendum fuisse. Hujus exemplo maxime usus est PINGRÉ, qui observationes cometarum a Tychone institutas excerpsit et *Cometographiæ* suæ inseruit, quarum ope cometarum orbitas per calculos reperit.[2] Præterea Bartholini exemplum utile fuit ad explendam *Historiam Cœlestem*, quæ in anno 1593 deficit. Sicut LALANDE, qui a. 1757 observationes Martis a. 1593 institutas in sermonem Francogallicum versas edidit[3], exemplo usus est Bartholini, non De l'Islii, quod inde colligi potest, quod locis quibusdam numeros præbet ab hoc omissos. Eodem modo egit JEAURAT, qui a. 1763 observationes Jovis et Saturni a. 1593 institutas Latine edidit.[4] Dubitari itaque non potest, quin a. 1763 exemplum Bartholini etiamtunc Lutetiæ Parisiorum fuerit.

Quid postea factum sit exemplo Bartholini, prorsus latet. Ita quidem ait Jeaurat: »M. de la Caille a pris le soin de faire relier la copie de Bartholin; & M. de l'Isle en a une autre copie collationée, sur laquelle on peut compter.«[5] Et per errorem usque ad nostram ætatem creditum est, codicem in specula Parisiensi asservatum, qui inscriptus est »Manuscrit Erasme Bartholin«, illum esse, quem circa annum 1669 ille confecisset. At cum diligentius examinatus est, continere eum apparuit primum observationes in *Historia Cœlesti* omissas, quas in sermonem Francogallicum versas eo consilio transscripserat Pingré, ut cum *Annalibus* suis *Cœlestibus* eas publicaret, dein vero horum *Annalium* partem posteriorem; atque omnia scripserat ipse Pingré.[6] Nos m. Julio a. 1914 certiores fecit G. Bigourdan, astronomus præ-

[1] Vid. BREWSTER, *Memoirs of Sir I. Newton* 2. ed. II p. 168; *Catalogue of the Portsmouth Collection of papers belonging to Newton* (Cantabrigiæ 1888) p. 51.

[2] PINGRÉ, *Cométographie* (1783) I p. 517.

[3] *Mémoires de l'Académie* 1757 (vid. supra p. VIII ann. 2) p. 411 sqq. Diligenter transscriptæ erant observationes; tantummodo ubi in observatione declinationis alicujus ambo pinnacidia inspecta erant, illam vocat Lalande »déclinaison par deux instruments«.

[4] Ibid. 1763, p. 85 sqq.

[5] Vid. ibid. p. 87.

[6] Vid. G. BIGOURDAN, *Catalogue des manuscrits de l'observatoire de Paris (Annales de*

claræ speculæ Parisiensis, et qui omnes hujus libros manu scriptos in indicem retulerat, dubium sibi non esse, quin non in illa urbe, neque in specula neque in Academia Scientiarum, Bartholini exemplum esset.

In Dania uno saltem librorum Tychonicorum usus est JACOBUS LANGEBEK historicus, qui in commentariis, quos a. 1746 de Tychonis vita edidit (*Danske Magazin* II) sæpius mentionem facit libri in 8° observationum annorum 1563—74.[1] Ac triginta annis post C. H. HVASS, theatri Danici custos atque quæstor, Tychonis opera omnia sese editurum esse pronuntiavit. Huic petenti m. Febr. a. 1778 concessum est, ut observationum libros mutuos sumeret; sed eodem vel sequenti anno redditi sunt, nec quicquam ab illo est profectum.[2] Nec mentionem fecissemus hujus rei, si nihil aliud inde evenisset. At a. 1784 THOMAS BUGGE, speculæ Hauniensi præfectus, in præfatione libri, qui inscribitur *Observationes Astronomicæ annis 1781, 1782 & 1783 institutæ*, inter alia indicem præbet librorum Tychonicorum in bibliotheca regia asservatorum; ubi sic legimus (p. XVII): »Ex designatione Erasmi Bartholini liquet in Bibliotheca Regia Hauniensi nullum autographorum desiderari, *si excipias unum volumen in octavo* continens observationes pueriles & juveniles ab anno 1563 ad annum 1574 institutas.« Atqui cum d. 24 m. Dec. a. 1777 libros mutuos peteret Hvass, mentionem fecerat septem voluminum in folio, duorum in 4°, unius in 8°. Denique cum ex ephemeride quadam Germanica[3] a. 1804 a Werlauffio allata in vico Passy prope Lutetiam hominem quendam nomine Hvass vixisse appareat, qui »ein Autographum von Tycho Brahe« a patre illo tempore defuncto sibi relictum possideret, quod summi in litteris ac doctrinis pretii esse affirmaret, volumen illud in 8° a. 1778 vel 1779 bibliothecæ, quam illo tempore male dispositam fuisse constat, non restitutum esse et a. 1804 inter manus hominis cujusdam Dani ignobilis in Gallia viventis fuisse videtur. Bene tamen accidit, ut duo exstent exempla ex eo transscripta, Haun. Ant. Coll. Reg. 1824 in 4° (cod. A) et 310 in fol., quorum hoc illud est, quod ad explendas lacunas *Historiæ Cœlestis* confecit Bartholinus.

Sæculo XIX libri Tychonici eo tantum consilio consulti sunt, ut cometa-

l'observatoire de Paris, Mémoires XXI p. F 24 et ejusdem præfatio ad PINGRÉ, *Annales célestes du dix-septième siècle* (1901) p. X. Quæcumque vero de hac re dixi in libro meo *Tycho Brahe* p. 375 cum ann. 3, falsa sunt. Exemplum ibi commemoratum in sex tomos distributum illud est, quod confecit De l'Isle.

[1] Cf. infra inter observationes p. 14 ann. 1.

[2] Vid. WERLAUFF l. c. p. 195 sqq. In archivo bibliothecæ nihil inveniri mihi relatum est, quo libros redditos esse appareat. Paulo post illud tempus e Dania demigravit Hvass, et prope Lutetiam consedit, ubi a. 1798 etiamtum degebat. Cf. THOMAS BUGGE, *Reise til Paris i Aarene 1798 og 1799* (Hauniæ 1800) p. 384, qui mentionem facit illius editionis, quam conficere sibi proposuerat Hvass, atque illum collectanea haud spernenda huc pertinentia paravisse ait.

[3] Affert Werlauff »Neues Allg. Intelligenzblatt für Litt. u. Kunst zu Leipz. Litt. Zeitung 1804, 10 St.«

rum observationes in publicum usum inde sumerentur. Anno 1845 observationes cometæ anni 1585 edidit SCHUMACHER[1] (quibus usus est C. A. F. PETERS, cum ejus orbitam egregie definiret), ac postea observationes cometæ anni 1596 idem edidit.[2] Denique a. 1867 omnes cometarum observationes edidit F. R. FRIIS.[3]

EGO, qui multis ab annis libros Tychonicos cognitos haberem et editionem accuratam ac fide dignam earum, quas continent, observationum ab astronomis valde desiderari graviter sentirem, tandem a. 1907 talem editionem instituere cœpi. Postquam igitur interveniente viro clarissimo H. O. LANGE, bibliothecæ regiæ Hauniensi præfecto, a Regis Daniæ ministro, cui cura tradita erat disciplinæ publicæ, mihi concessum est, ut Armacham Hibernorum in speculam, cui tum præfectus eram, libri manu scripti, uno quoque tempore singuli, meum in usum mitterentur, a summis viris, qui INSTITUTO CARLSBERGICO præerant, petivi, ut ad observationes Tychonicas edendas opes mihi præstarentur. Quod cum ineunte anno 1908 mihi concessum esset, æstate ejusdem anni opus aggressus sum.

Cum exemplum omnes observationes continens in sex tomos divisum illud esse putarem, quod Bartholinus conficiendum curaverat, hoc a specula Parisiensi primum mutuum sumpsi, et licet mihi brevi manifestum factum sit, illud esse, quod e Bartholini exemplo transscripserat De l'Isle, cum hoc tamen omnes observationes in *Historia Cœlesti* editas contuli et in meo hujus operis exemplo omnium errorum correctiones adscripsi, sicut etiam omnes observationes, quæ *Historiæ Cœlesti* desunt et in libris Parisiensibus inveniuntur, inde transscripsi. Deinde omnes codices Haunienses perlustravi, et eodem quidem ordine, quo infra describuntur, cum ipsos quoque eodem modo cum *Historia Cœlesti* et cum illo libro meo conferrem, in quem observationes illic omissas transscripseram. Duabus his collationibus institutis, exemplum, quod confecerat De l'Isle, summa cura factum esse apparuit, cum paucissimi tantum lapsus calami deprehenderentur; itaque eodem modo de Bartholini exemplo judicandum. Annorum vero 1563—81 observationes transscriptæ sunt e codicibus A et B et cum illis collatæ, quas in suum codicem (Haun. Ant. Coll. Reg. 310) Bartholinus transscripserat, ut lacunas *Historiæ Cœlestis* expleret; hunc in annotationibus, quæ observationibus ante mensem Decembrem a. 1577 institutis, ubi deficit archetypus B, adjectæ sunt,

[1] *Observationes cometæ anni 1585 Uraniburgi habitæ a Tychone Brahe.* Ed. H. C. SCHUMACHER. Altonæ 1845, in 4° (Add. ad »*Astronomische Nachrichten*«).

[2] *Astronomische Nachrichten* XXIII p. 371 sqq. Ad utramque editionem usus est solo codice N.

[3] *Tychonis Brahe Dani Observationes septem Cometarum.* Ed. F. R. FRIIS. Hauniæ 1867, in 4°. Præerat autem huic editioni conficiendæ astronomus insignis H. L. d'Arrest. Ceterum cum illo tempore manum Tychonis legere non potuisse Friisium constet, Bartholini exemplo potissimum eum nisum esse credendum est.

brevitatis causa »Bartholinum« appellamus. Denique cum mihi non contigisset, ut e bibliotheca Vindobonensi mutuum sumerem codicem V, in quem transscriptæ erant observationes, eas *Historiæ Cœlestis* partes, quas non præbent codices Haunienses nec Parisienses, meum in usum a. 1911 cum hoc contulit v. d. H. Krumpholz, qui tunc in specula Vindobonensi astronomiæ operam dabat; quædam etiam lucis ope expressa mihi inde transmissa sunt. Postea vero cum in libris Vindobonensibus plurimi calculi inventi essent, qui Hauniensibus desunt, complura volumina codicis V Hauniam in bibliothecam regiam mutuari licuit, ubi alia inspexit Ioannes Ræder, alia lucis ope expressa sunt. At cum bello ingenti hæc opera per longum tempus impediretur, factum est, ut typographi quoque operam intermittere cogerentur, postquam ab autumno a. 1913 usque in æstatem a. 1916 ex libris manu scriptis, quos adhibitis omnibus collectaneis meis ego ipse confeceram, observationes usque ad exitum anni 1583 typis descriptæ erant. Tandem bello finito, cum autumno a. 1920 volumina Vindobonensia Hauniam mitti possent, typographorum opera resumpta est.

Interea, ut in præfatione Tychonis *Operum* tomo I præmissa expositum est, SOCIETAS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM a. 1911 mihi proposuerat, ut observationum Tychonicarum editio pars fieret *Operum* Tychonis *omnium*, quod ego assensu comprobavi. Cum hac re labor meus increvisset, ac multum etiam temporis insumendum esset observationibus typographorum in usum transscribendis, tandem m. Septembri a. 1916 ceteris omnibus abjectis, cum munificentia Instituti Carlsbergici mihi liceret Tychoni et rebus ad eum pertinentibus omne tempus tribuere, munere, quo in specula Armachana fungebar, me abdicavi et Hibernia relicta Oxonii consedi, ubi studiis ad medii ævi astronomiam pertinentibus maxime opportuna est bibliotheca Bodleiana.

SEQUITUR descriptio codicum observationes Tychonicas continentium, qui quidem adhuc restant; qui ad hanc editionem conficiendam omnes adhibiti sunt.

I. CODICES HAUNIENSES.

CODEX A = Ant. Coll. Reg. 1824 in 4°, continet observationes transscriptas annorum **1563—81**.

Forma chartæ 20 × 16,5 cm. Involucro recentiore vestitus est.[1] Paginas continet 468, manu recenti numeris signatas. Præterea omnes quaterniones, quorum plerique quaterna, pauci (ut primus) bina folia continent, in ima pagina prima numerum exhibent manu antiqua scriptum, ab 1 usque ad 70 b. Totus videtur eadem manu scriptus esse, quæ facile legitur. Supra omnes fere pa-

[1] Ex principio nominis regii in dorso involucri posito hunc codicem sicut codices K L M P regnante Friderico VII (1848—63) involucro vestitum esse patet

ginas usque ad p. 420 adscriptus est annus a Christo et ætatis Tychonis (ut »1578 ætatis 32 Huenæ«), eadem manu qua cetera, ut mihi videtur, etsi litteris minoribus et calamo exiliore exaratis; idem judicandum est de annotationibus in margine adscriptis, ut »manu Tychonis sed recentius scriptum« vel »manu iterum Longimontani«, quæ ad annos priores sæpius inveniuntur, quæque omnes a me exscriptæ sunt. Ceterum ex his annotationibus discimus codicem illum in 8° nunc latentem, ex quo in hunc observationes transscriptæ sunt, non totum ab adulescente Tychone scriptum, sed postea auctum et explicationibus instructum esse. Uno autem loco anni 1593 mentio fit (infra p. 34), altero anni 1597 (infra p. 75).

In quattuor paginis primis inveniuntur annotationes variæ, quarum prima sic incipit: »Gemma observavit Eclipsin ⊙ Anno 1544«; sequuntur quædam de introitu Solis in Arietem; inscribuntur autem: »Collectanea ex observationibus G. Frisij et Regiomontanj«. In summa p. 5 (quatern. 2) incipiunt observationes a. 1563. Ne unum quidem verbum ipsius Tychonis manu scriptum in toto libro invenitur.

Ea pars codicis A, quæ observationes præbet a mense Decembri a. **1577** ad exitum anni **1581** institutas, transscripta est e codice B, neque umquam operam ne minimam quidem dedit librarius, ut in justum ordinem res redigerentur. Sæpe autem, ubi verbum aliquod legere nequibat, spatium vacuum reliquit, neque umquam rem expedire denuo tentasse videtur; nam verborum omissorum haud pauca sane non difficilia sunt lectu. Cum nonnulli occurrant lapsus calami, codex non collatus esse videtur.

Observationes vero annorum **1563—77** transscriptæ sunt e libro illo in 8°, qui intercidit; quare hic utile est Bartholini exemplum comparare. Quo comparato discrepantias quidem paucas, et quæ non magni sint momenti, invenimus; nullam tamen observationem a librario codicis A omissam esse apparuit.

CODEX **B** = Ant. Coll. Reg. 1825 in 4°, continet observationes a mense Decembri anni **1577** usque ad exitum anni **1581**.

Forma chartæ 21 × 16 cm. Involucro vestitus est membranaceo, quod in fronte exhibet effigiem Tychonis, in tergo arma ejusdem, et bis binis vinculis holosericis viridi colore, non fibulis continetur. Folia continet, præter exteriora duo præsidii causa addita, 206, numeris non insignita, quorum 19 per totum librum dispersa prorsus vacant. Insuper 4 folia variæ formæ non affixa insunt. Dubium esse non potest, quin, posteaquam charta litteris impleta esset, codex involucro vestitus sit, ante vero quam codex A ex eo descriptus esset. Observationes primitus in separatis fasciculis scriptas esse manifestum est; neque enim servant temporis ordinem, et eæ imprimis, quæ annis 1579—81 institutæ sunt, cum codex involucro vestiebatur, aliquantum permixtæ

sunt, ita tamen, ut periculum non sit, ne annus non agnoscatur. Primum præbentur observationes Solis m. Dec. **1577** et Jan. **1578**, deinde observationes aliquot stellæ Polaris, observationes Solis a Martio a. **1578** usque ad Decembrem a. **1579**, aliæ observationes annorum **1578—80**, calculi eclipsium Jan. **1580** et Jul. **1581** ac paucæ præterea observationes. Sequitur »Liber distantiarum Stellarum affixarum ab initio anni **1578**«, deinde vero »Observationes geographicæ in insula Huena factæ«, i. e. observationes rudes differentiarum azimuthorum turrium ædium sacrarum, quæ a Hvena conspici poterant;[1] hæ in librum involucro jam vestitum insutæ sunt, cum fila dorsum penetrent, et ex hoc libro cum ceteris in codicem A transscriptæ sunt. Sequuntur quattuor fasciculi titulorum paginis instructi; insunt 1) Astronomicæ observationes a solstitio hyberno a. **1580** ad solstitium hybernum a. **1581** (primum Solis, deinde reliquorum planetarum), 2) Observationes affixarum stellarum per Quadrantem, Sextantem, Radium & Armillas, 3) Observationes Fixarum per Sextantem & Radium pro distantijs habendis, 4) Observationes Fixarum per Armillas (i. e. altitudines meridianæ a m. Oct. in Dec. a. **1581**; nullæ tamen observationes per Armillas). Ad finem codicis sunt Ephemerides Solares annorum **1578—81**, quæ ad unumquemque diem præbent Solis longitudinem; denique Inquisitio longitudinis & latitudinis stellarum in lancibus ♎ ad annum **1580**.[2]

Duæ fere partes hujus codicis ipsius Tychonis manu scriptæ sunt. Locis nonnullis observationes intulit, quas non ipse fecerat, sed Petrus vel Andreas vel (m. Jan. a. 1581) Architectus.

Cum involucrum hujus codicis simile sit iis, quibus vestiti sunt 19 tomi Vindobonenses (codex V), dubitari non potest, quin hunc primum tomum totius corporis esse Tycho voluerit.

CODEX **C** = Ant. Coll. Reg. 311 in fol. continet observationes annorum **1582—86**.

Forma chartæ $33{,}5 \times 21{,}5$ cm (ut ceterorum quoque proxime sequentium); aliquot tamen folia paulo minora sunt. Involucro vestitus fuit satis rudi, quod nunc tamen renovatum est, cum in tres tomos codex divisus est.[3] Folia continet formæ maximæ 494, ac 10 præterea formæ, quæ vocatur, quartæ, quæ ad finem anni 1584 inserta sunt; exhibent hæ observationes illo anno ab Elia Olai in Germania factas. Codex compositus est e compluribus fasciculis, in quos omnibus diebus secundum temporis ordinem observationes relatæ erant. His fasciculis involucra defuisse videntur, cum folia primum et ultimum sordida fere sint. In pagina prima ipsius Tychonis manu sic scriptum est:

[1] Cf. *Op.* tom. I p. XXVII sq.

[2] Cf. infra p. 86.

[3] Omnes codices 311—318 abhinc paucos annos involucris novis vestiti sunt; antiqua tamen in bibliotheca seorsum asservantur.

OBSERVATIONES
ASTRONOMICÆ
ANNORVM
1582
1583
1584
1585
1586
Vraniburgi in Insula Huæna habitæ
quales tunc temporis cum cælitus acci-
perentur raptim & subito ductu in
his pagellis annotatæ sunt vt postea
in alio libro ordine certo & me-
liore ad mundum describerentur.
TB

At infelici casu factum est, ut folia non pauca, antequam codex componeretur, interciderint; tum vero codex V jam inde transscriptus erat.

Annus **1582** desinit in Oct. d. 25, ac desunt post Oct. d. 5 observationes Lunæ et planetarum et stellarum fixarum; ne loca quidem planetarum per calculos reperta inveniuntur.

Annus **1583** incipit ab Jan. d. 19 ac desinit in Nov. d. 8; inveniuntur tamen observationes paucæ stellæ Polaris mensibus Nov. et Dec. factæ. *Historiæ Cœlestis* paginæ 67—72 desunt huic codici.[1]

Annus **1584** bene incipit, et usque ad Jun. d. 17 nihil fere deest; tum vero inde ab hoc die usque ad Jul. d. 10 omnes observationes desunt. Desunt etiam observationes Solis Aug. d. 18 19 20, Nov. d. 12, Dec. d. 30, eclipsis Solaris Apr. d. 30, Lunaris Nov. 7, Martis Dec. d. 12, stellarum in meridiano Aug. d. 15 19 20.

Annus **1585** plurimas exhibet lacunas minores, quæ adhibitis codicibus V et L expleri possunt.

Annus **1586** pæne integer est. Desunt tantum observationes quædam Solis pomeridianæ d. 7 m. Maji ac pauca loca planetarum per calculos reperta, quæ tamen sine dubio numquam in hoc codice scripta fuerunt. Ipse Tycho hoc anno multo sæpius quam quattuor præcedentibus annis observavit.

In hoc codice ante d. 21 m. Aug. 1584 locus Solis sæpe ita per calculos quæritur, ut bina adhibeantur complementa latitudinis[2], sicut e. g. 1584 Apr. d. 11:

Altitudo ⊙ observata	46	4	15		46	4	15	
		2	4			2	4	
Altitudo vera	46	6	19		46	6	19	
	34	5	30		34	9	50	
Declinatio ⊙	12	0	49		11	56	29	
Resp. Longitudo ⊙	1	26	39	♉	1	19	42	♉

[1] Ne in codice quidem V inveniuntur, ita ut hic *Historiam Cœlestem* exscribere coacti simus. Cf. infra pp. 274 et 277, annot.

[2] Cf. *Op.* tom. I p. XXVIII.

Per omnes autem quinque annos ordo, quem sequitur codex V, ad normam ejus ordinis compositus est, qui in hoc codice C apparet.

CODEX **D** = Ant. Coll. Reg. 312 in fol. continet observationes annorum **1587—89** et observationes stellarum fixarum annorum **1590—94.**

Involucro vestitus fuit membranaceo, quod bis binis corrigiis continebatur; nunc in duos tomos divisus est. Folia continet 352 præter pauca minora, quæ inter illa inserta sunt. Titulus non apparet.

Anni **1587** et **1588** præbent observationes Solis et Lunæ et planetarum integras; at desunt omnes observationes stellarum fixarum.

Annus **1589** præbet observationes Solis et Lunæ et planetarum integras usque ad Jun. d. 2; post hunc vero diem tantum inest observatio Lunæ Oct. d. 7 et Veneris Dec. d. 15, in eodem folio utraque. Integræ sunt stellarum fixarum observationes.

Anni **1590—94** tantum præbent stellarum fixarum observationes, quæ prorsus integræ sunt. Eundem fere ordinem in his servat hic codex, qui in codice V et in *Historia Cœlesti* apparet, et ubicumque hæc observationes annorum 1589—91 permiscuit, idem in codice D deprehenditur. Nempe librarius codicis V has stellarum fixarum observationes plane eodem ordine exscripsit, quo in codice D invenit, non in annos distribuit, quo factum est, ut in hac parte *Historiæ Cœlestis* gravis confusio appareat. Observationes vero annorum 1592—94 non permixtæ sunt.

In priore parte hujus codicis sæpe occurrit Tychonis manus, quæ in stellarum fixarum observationibus vix uno loco invenitur.

Folium 211 titulum præbet his verbis:

ANNO 1589
OBSERUATIONES
FIXARUM

Plato in Epinomide

Vnum est naturæ vinculum, doctrina numerorum
figurarum et motuum cœlestium, ac si quis
aliam viam ad discendum quærit,
fortunam inuocet vt
dici solet.[1]

[1] Plat. *Epin.* p. 976 E sq.; cf. *Op.* tom. VI p. 269,25 sqq. cum annotatione nostra. Legimus in RESENII *Inscriptionibus Haffniensibus* (1668) p. 334, priorem partem hujus »Dicti Platonis« scriptam fuisse Uraniburgi in muro aliquo. Totum vero atque alia præterea scripta inveniuntur (nec tamen Tychonis manu) in exemplo quodam REINHOLDI *Tabularum Prutenicarum,* in quo Tycho scripsit: »Emi Pragæ anno 1601 mense Junio«. Vid. F. J. STUDNIČKA, *Bericht über die astrologischen Studien des Tycho Brahe* (Pragæ 1901) p. 43.

CODEX **E** = Ant. Coll. Reg. 313 in fol. continet observationes
Solis Lunæ planetarum annorum **1590—94**.

Involucro vestitus fuit membranaceo corrigiis instructo ut prioris; nunc in duos tomos divisus est. Folia continet 367 numeris insignita præter 5 variæ formæ, quæ post illa inserta sunt. Titulus non apparet.

Annus **1590** integer est, si excipias observationes Jovis Jan. d. 29—30 et loca pauca per calculos reperta. E folio antea non affixo, quod observationem præbet Veneris Mart. d. 21, intellegimus, quo modo fieri potuerit, ut omnino observationes perirent; hic scriptum est in summa fronte: »Vide in quem annum hæc spectent et num transscripta«. Observationes Solis separatæ inveniuntur, ceteræ (ad hunc solum annum) permixtæ nec tamen semper secundum temporis ordinem.

Annus **1591** integras præbet observationes, at calculorum ad oppositionem Saturni pertinentium pars et tria loca Lunæ per calculos reperta desunt. Cf. tamen supra ad annum 1586 (in codice C).

Annus **1592** integer est, si excipias loca pauca per calculos reperta.

Annus **1593** omnes observationes præbet, ut patet e comparatione cum codice K, qui exscriptus est e codice V, ubi nunc deest hic annus.

Annus **1594** ipse quoque omnes observationes præbet; animadvertendum tamen est, in priore anni parte paucas omnino reperiri.

In hoc codice satis multa sunt ipsius Tychonis manu scripta.

CODEX **F** = Ant. Coll. Reg. 314 in fol. continet observationes
anni **1595**.

Involucro vestitus fuit membranaceo valde rudi. Folia continet 182 numeris insignita præter 9 minora sine numeris, quæ inter illa inserta sunt. Stellarum fixarum observationes separatæ inveniuntur ad finem codicis; ceteræ inter se mixtæ sunt secundum temporis ordinem. Plura loca planetarum per calculos reperta inveniuntur quam in prioribus codicibus. Ex his paucissima desunt, ex observationibus nihil. Observationes satis multæ Tychonis manu scriptæ sunt. Titulus apparet his verbis:

OBSERVATIONES PLANE-
TARUM sup. Annum
1595.

CODEX **G** = Ant. Coll. Reg. 316 in fol. continet observationes
annorum **1596** et **1597**.

Involucro vestitus fuit membranaceo tenui ac laxo, in quo supra lineas rubras modi musici carminis cujusdam Latini scripti sunt. In fronte scheda agglutinata est, in qua observationum libros acceptos testatur Kepler (vid. supra p. II). Folia continet 186 præter fasciculum vel rectius duos fasciculos foliorum 23, quæ calculos quosdam præbent levis pretii.

In summa prima pagina sic scriptum est:

Observationes Planetarum & Fixarum
Anni Christiani **1596**.

et in media pagina:

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum
Inque domos superas scandere cura fuit.[1]

Annus **1597** incipit in fol. 93 sine titulo; in summa tantum pagina legitur: Observationes anni labentis 1597. Observationes stellarum fixarum in quattuor foliis separatis inveniuntur (127—130), quæ post observationes planetarum Hvenæ institutas inserta sunt. Vacat fol. 131[r], nisi quod in summa pagina scriptum est:

Longitudines & Latitudines
Antecedentium fixarum Stellarum
postmodum obseruatarum cæteris
dudum habitis adjungendæ, ut
compleatur numerus millenarius.

In sequenti pagina incipit relatio »De occasione interruptarum obseruationum & discessus mej«, quam sequitur »Ad Daniam Elegia«. Observationes anni 1597, quæ desinunt in fol. 149[r], in sequenti pagina parum bonas esse ait Tycho; adjectas esse ea de causa alias a Davide Fabricio institutas. Implent hæ folia 150—157, ab ipso Fabricio omnes conscriptæ, et addita est epistula, quam d. 23 m. Nov. 1597 Tychoni dederat ille; quæ inserta est inter folia 153 et 154. Inter has observationes inveniuntur nubium altitudinis definitiones, descriptio copiosa pinnacidiorum illius, horoscopi aliquot. Folia 158—160 calculos continent, quos e quibusdam harum observationum fecerat discipulus aliquis Tychonis, et in fol. 161 plures adiciuntur observationes a. 1598 a Fabricio institutæ.

Ad finem codicis alius invenitur fasciculus (foll. 164—186), qui catalogum præbet stellarum fixarum 723; quem nos descripsimus in tom. III p. 409 et ad finem tomi XI locum ei assignavimus. In hoc indice, sicut omnino in observationibus ab anno 1589, iisdem numeris stellæ designatæ sunt, quos præbent catalogi Ptolemaici editiones Latinæ.

In hoc codice non multa inveniuntur Tychonis manu scripta. Observationes præbet integras, ac desunt tantum duo loca per calculos reperta.

CODEX **H** = Ant. Coll. Reg. 317 in fol. continet observationes
annorum **1598** et **1599** et mensis Januarii
anni **1600**.

Involucro vestitus fuit membranaceo laxo. Consutus est e duobus fasciculis foliorum 108 et 72, quorum prioris tegimentum anterius, quod valde sordidum

[1] Versus Ovidianos (*Fast.* I 297 sq.) jam in libro *De Nova stella* (*Op.* I p. 44,6) attulerat Tycho.

est, replicatum est, ita ut factum sit fol. 108. In hoc titulus apparet manu Tychonis: OBSERVATIONES | ASTRONOMICÆ | Anni 1599 | Vitebergæ habitæ | ubi poli altitudo | 51 52½ | et postea Pragæ Bohemorum | in latitud. 50. Sed etiam fol. 1 titulum præbet his verbis:

OBSERVATIONES ASTRONOMICÆ
FACTÆ WITTENBERGÆ
A SOLSTITIO HYBERNO
PRÆCEDENTE ANNUM
1599

Incipiunt in fol. 2 observationes Solis a Dec. d. 9 a. **1598** ad exitum a. **1599**. Sequuntur foll. 15—26, quæ litteris demum impleta videntur esse inserta; continent hæc nova præcepta prosthaphæreseos, quæ in nostro tom. I p. 297 sqq. edidimus, quæque Tycho exemplo illustravit, cum ex observationibus Davidis Fabricii locum Jovis d. 20 et 28 m. Dec. a. 1598 per calculos reperit. Etiam foll. 49—50, quæ observationes Jovis, Saturni, Martis Fabricii manu scriptas continent, postea inserta sunt. Post observationes a. 1599 nullo spatio relicto sequuntur observationes a. 1600 usque ad Feb. d. 2.

Posterior fasciculus continet observationes anni **1598**; finem facit observatio eclipsis Lunæ Aug. d. 6 Wandesburgi instituta.

In hoc codice, cui nihil deest, non multa inveniuntur Tychonis manu scripta.

CODEX I = Ant. Coll. Reg. 318 in fol. continet observationes annorum **1600** et **1601**.

Involucro vestitus fuit membranaceo valde tenui ac laxo. Folia continet 173 numeris insignita, quorum vacant 5. Præter hæc inserta sunt nonnulla, ut inter foll. 74 et 75 folium, in quo Tycho scripsit observationes Lunæ d. 28 m. Maji a. 1600. Desinunt observationes in fol. 151ᵛ in d. 11 m. Oct. a. 1601, ubi addita est relatio de ultimo morbo Tychonis (a d. 13 m. Oct.) et de ejus obitu (d. 24), Kepleri manu. Insunt huic codici aliorum observationes ad Tychonem missæ, ut foll. 67—69 observationes D. Fabricii (postea insertæ) et ad finem codicis aliæ ejusdem in foll. 162—165, Iohannis Krabbei in fol. 166, Kepleri in foll. 167—173, ubi inter foll. 172 et 173 schedam minoris formæ addidit Kepler, in quo reperitur »Explicatio calculi ♂ in hypothesibus Tychonis« cum descriptione astronomica. In fronte involucri scriptum est: OBSERVATIONES | ASTRONOMICÆ | ANNI A CHRISTO | 1600 | *ET 1601* | IN ARCE CAESAREA | REGNI BOHEMIÆ BENATICA | *ET PRAGÆ* | HABITÆ | PER INSTRUMENTA | T. B. (quæ litteris inclinatis dedimus, a Tychone postea addita sunt).

Deest huic codici observatio Solis d. 9 m. Maji a. 1601, ac præterea locus Mercurii d. 29 m. Apr. a. 1601 per calculos repertus. Tychonis manu hic paucissima inveniuntur.

CODEX **K** = Ant. Coll. Reg. 1828 in 4°, continet observationes transscriptas annorum **1593, 1590, 1598, 1599**, mensis Januarii anni **1600**.

Forma chartæ 21,5 × 16,5 cm (ut ceterorum quoque proxime sequentium). Involucro recentiore vestitus est. Folia continet 478, omnia eadem manu scripta præter foll. 464—478. Consutus est e tribus fasciculis.

Fasc. I, foll. 1—66, continet observationes Solis Lunæ planetarum anni **1593** eodem ordine, quem sequi solet codex V. Non prorsus integer est, cum unum et alterum folium periisse videatur. Desinit in observatione Veneris Sept. d. 25, sed quæ post hanc desunt, inveniuntur in 4 foliis ad finem codicis E additis.

Fasc. II, foll. 67—260, continet observationes anni **1590**, easdem quas præbet E, sed eodem ordine quo in V. Insunt præterea calculi locorum Lunæ et planetarum, quos non præbet E. Quoniam cum 4 illis foliis supra commemoratis fasciculi I et II folia contineant 264, iidem sunt, quos complectitur Bartholini codex quintus ab imo[1], quem habuisse ait folia 277 (quorum ultima 13 vacasse suspicari licet) et incepisse ab observationibus Solis Feb. 27, ut hic quoque.

Fasc. III, foll. 261—478, continet observationes annorum **1598, 1599**, m. Jan. **1600** secundum temporis ordinem. Uno et altero loco erratum est aut aliquid omissum. Desunt præcepta de solutione triangulorum per prosthaphæresin, quæ præbet codex H in foll. 15—26, neque insunt observationes Fabricii. In foll. 341—344 invenitur »Tabula latitudinis ♂ cum suis scrupulis proportionalibus«. Desinunt observationes in fol. 463 in d. 2 m. Feb. a. 1600. Reliqua folia Kepleri manu scripta sunt. Inveniuntur primum pauca »Excerpta ... a M. Bacchatio Tychoni communicata« (etiam in cod. I), ac deinde in foll. 465—478 observationes anni 1600 ut in foll. ad 463, sed usque ad Feb. d. 3. Fasciculus III Bartholini est codex quartus ab imo; continet ut ille folia 218.[2]

Dubitari non potest, quin observationes annorum 1590 et 1593 descriptæ sint e codice V; nam in priore quidem anno omnia congruunt (in 1593 nunc deficit V). At anni 1598—1600, ubi temporis ordo servata est, sine dubio transscripti sunt ex H et I. Idem librarius observationes anni 1585 e codice V transscripsit in codicem L; nec tamen idem est, cui debetur codex A. Non semper fides ei est habenda. Sitne id actum, ut omnes tomi codicis V transscriberentur, nescimus.

CODEX **L** = Ant. Coll. Reg. 1829 in 4°, continet observationes transscriptas anni **1585**.

Involucro recentiore vestitus est. Folia continet 214; eadem manu scriptus est, qua codex K. Cum ubicumque codex C a codice V differt, hunc sequatur codex L, ex hoc descriptum eum esse affirmare licet.

[1] Apud Werlauffium in summa p. 54.

[2] Male dedit Werlauff l. c. »1593« pro »1598«; sed error est Bartholini. Quartus est eorum codicum, quos affert BUGGE, *Obs. Astr.* p. XVII, qui male dedit »Computatio observationum« pro »Observationes« et »1589« pro »1599«.

Foll. 1—175^r et 186—187 continent omnes observationes transscriptas anni **1585** (eodem ordine quo in V) cum iis, quas omittit C, ac præterea calculos nonnullos, inter quos »Pro Apogæo ♂« in foll. 87^v—90^r.

Foll. 175^v—185^v continent commentarium de Marte quem in tom. V præbemus.

Foll. 188—189 scripta enumerant Hagecii et aliorum de Nova stella et de cometis.

Foll. 190 et 191 formæ sunt maximæ a Tychone scripta; disputat in illo de Aristotelis sententia de cometis, in hoc de Mæstlini hypothesi de cometa anni 1577 (addita est descriptio astronomica).

Foll. 192—209 calculum continent loci Jovis d. 20 et 28 m. Dec. a. 1598, ut in cod. H foll. 17—26. Cum incipiat a verbis »De latere AF per secundum problema« (vid. *Op.* tom. I p. 304,$_{21}$), hunc codicem eum esse liquet, quem tertio loco ab imo posuit Bartholinus, quem ait fuisse foliorum 210.[1]

Foll. 210—214 alios calculos continent locorum planetarum.

CODEX **M** = Ant. Coll. Reg. 1830 in 4°, continet calculos locorum Lunæ et planetarum.

Involucro recentiore vestitus est. Folia continet 145. Consutus esse videtur e compluribus fasciculis. Cum in primo folio incipiat »Extructio Theoriæ Solis per observationes Lunæ ad illum et fixas«, hunc codicem pænultimum esse patet indicis Bartholini, qui folia habuisse dicitur 172 »vacua et scripta simul«.[2]

Fol. 1 observationes præbet transscriptas Solis et Lunæ d. 14 m. Jan. a. 1585, et quæ inde per calculos reperiri possit, demonstrat. Non eadem manu scriptum esse videtur, qua reliqua pars codicis, quæ calculos præbet locorum Lunæ 1582, 1586, 1590, 1593, Veneris 1586, 1590, 1593, Jovis 1593, Saturni 1590. Hic non finis solum calculorum præbetur, sed omnes gradus, per quos proceditur, ac si eodem die plures observationes institutæ sunt, singulæ sæpissime per se tractantur, numquam autem apparet »limitatio«, ut in ceteris codicibus, ubi loca per calculos quæruntur. Præterea cum ne semel quidem auctor prosthaphæresi utatur, sed quantitates trigonometricas per quinque litteras expressas laboriose multiplicet ac dividat, pæne dubitandum videtur, fueritne re vera discipulus Tychonis. Ab uno solo homine facti sunt calculi, et Pragæ quidem, ut videtur, cum fol. 49^v hæc scripta inveniantur:

Thomas Brugkmann buchbinder
in Prager alten Stadt auff der
Platner gasse.

Non multum valent hi calculi, cum loca ex ejusdem diei observationibus reperta sæpe vehementer inter se differant. Hujus rei exemplum insigne in-

[1] Sextus est apud Buggeum in ima p. XVII, ubi male dedit »Computatio observationum« pro »Observationes« et »1584 & 1585« pro »1585«.

[2] Quintus est apud Buggeum.

venitur in observationibus Veneris d. 3 m. Mart. a. 1590, ubi observationes Veneris et Solis longitudines Veneris dederunt, quæ ab illis, quæ per Aldeboram repertæ erant, 3° 50′ differebant. Nempe homo non intellexit, verbis »inter ♀ & ☉« non significari differentiam ascensionis rectæ, sed distantiam per sextantem.

CODEX **N** = Ant. Coll. Reg. 1826 in 4°, continet observationes cometarum.

Forma chartæ 21,5 × 17 cm. Consutus est e compluribus fasciculis, qui involucro membranaceo rudi (nunc tamen renovato) vestiti sunt. Folia continet 197. Titulum scripsit ipse Tycho his verbis:

OBSERVATIONES
.......[1] COMETARVM
Apparentium
Annis A
CHRISTO
1 1577
2 1580
3 1582
4 1585
5 1596
Hvennæ Daniæ vbi polus eleuatur
p. 55 M. 54½[2] Longitudo ƀ 37
TB
Vraniburgj

In parte tituli aversa agglutinata est scheda, in qua distantiæ cometæ anni 1577 a quibusdam stellis indicantur, et præbetur Tabula parallaxeos sextantis.

Cometæ a. **1577** observationes primæ, omnes Tychonis manu, implent foll. 2—37. Additiones et correctiones aliquot atramento pallidiore et calamo exiliore scriptæ ipsi quoque Tychoni debentur. In hujus cometæ observationibus edendis hoc codice usus non esse videtur Friis, cum verba sæpe prorsus aliter collocentur. Pagina ultima, quam legere non poterat, facile legitur.

Cometæ a. **1580** observationes primæ folia implent 38—79. Pleræque sunt Tychonis manu, sed foll. 56—58 et paucas præterea observationes scripsit Wittichius. Fasciculus fuit separatus, in cujus titulo Tycho hæc scripsit: »Obseruationes Cometæ | Annj 1580 | mense Octobrj | Vide in hoc cometa aliorum obseruationes eas examina vt Thadæi Mæstlinj Mænij Item Friuola Winklerj & Graminæj«. In octo paginis ultimis agitur de parallaxi cometarum invenienda.

[1] Scriptum fuit QVATVOR, quod correctum est in QVINQVE, sed hic quoque numerus lineis inductus est.

[2] Pro 54 primitus scriptum fuisse videtur 51.

Cometæ a. **1582** observationes nitide transscriptæ folia implent 80—82, sed vacat fol. 80ᵛ. Addidit annotationes nonnullas ipse Tycho. Incipit hic fasciculus, qui continet etiam priorem partem observationum cometæ a. 1585. Vacant foll. 83—86.

Cometæ a. **1585** observationes partim primæ sunt, partim transscriptæ; folia implent 87—146. Titulus non apparet, sed in summo fol. 87ʳ sic incipitur:

ANNO 1585
Die 18 Octobris cum Haffnia . . . .

Observationes ab Oct. d. 18—23 et Nov. d. 6—12 primum scriptæ erant in cod. C inter ceteras observationes, unde in hunc codicem transscriptæ sunt; paucis tantum locis (Nov. 6 et 7) inter se paululum differunt hi codices, in ceteris plane congruunt. Foll. 139ʳ—146ʳ eam relationem continent, quam Guilelmo Landgravio misit Tycho (*Op.* VI p. 41 sqq.). Vacant foll. 147—148.

Cometæ a. **1590** observationes suum fasciculum implent, qui folia continet 149—175, e quibus vacant 149ʳ et 167—175ʳ. Transscriptæ sunt e codice O. In summo fol. 149ᵛ titulus apparet:

Observationes Cometæ Anni
1590,

juxta quem in sinistra parte Tycho sic scripsit: »Occasiones huius Cometæ visj & obseruationes prius [?] exaratas [sic] alibj in folio scriptæ sunt«. In sinistra pagina semper observationes scriptæ sunt, in dextra annotationes. Tychonis manu brevis tantummodo annotatio invenitur, quæ ad finem observationum d. 2 m. Martii adjecta est (N. B. In demonstranda . . .).

Cometæ a. **1593** observationes duo folia cohærentia implent (176—177); hæc ipsa scilicet Tychoni tradita sunt ab eo, qui observationes instituerat.

Vacat fol. 178ʳ. In fol. 178ᵛ Tycho scripsit: »Sequitur examinatio cometæ anni 1580 . . . per Wilhelmum . . .«, cujus imaginem dedit Schumacher in editione observationum cometæ anni 1585. Sequitur in foll. 179—189 Blaevii synopsis observationum cometæ anni 1585.

Cometæ a. **1596** observationes in foll. 192—197 transscriptæ sunt e codice O. Nitide scriptæ sunt cum descriptionibus astronomicis.

CODEX **O** = Ant. Coll. Reg. 315 in fol. continet observationes cometarum annorum **1590** et **1596**.

Compositus est e duobus fasciculis, qui paucos abhinc annos involucro vestiti sunt. Folia continet 20, quorum paginæ nostra ætate numeris (1—40) insignitæ sunt. Titulus non apparet.

Cometæ a. **1590** observationes paginas implent 1—27; vacat p. 28. Tychonis manu adjectæ sunt annotationes nonnullæ.

Cometæ a. **1596** observationes in charta paulo minore scriptæ sunt. P. 29 titulum præbet: Observationes Cometæ mense Julio A. 1596 apparentis. Vacat

p. 30. Implent observationes pp. 31—39; vacat p. 40. Inter has nihil invenitur manu Tychonis.

CODEX **P** = Ant. Coll. Reg. 1827 in 4°, continet observationes omnium cometarum transscriptas.

Involucro recentiore vestitus est. Folia continet 143 præter schedam agglutinatam »Thadæi animaduersiones« (ad com. a. 1580) exhibentem. Ab eodem librario scriptus esse videtur, qui codicem A scripsit; ut in hoc supra unamquamque paginam adscripti sunt annus et locus observationis. In titulo hæc leguntur:

OBSERVATIONES
COMETARUM 7
Apparentium
Annis a
CHRISTO
1 1577
2 1580
3 1582
4 1585
5 1590
6 1593
7 1596
Huenæ Daniæ ubi polus elevatur p. 55 M. 54½
Longitudo est 37
TB
Vraniburgi

II. CODICES VINDOBONENSES.

CODEX **V** = Vindobonenses lat. 10657—10675.

19 tomi sunt in 4°, qui observationes annorum **1582—1592** et **1594—1601** nitide transscriptas continent, secundum argumenta distributas: Solis, Lunæ, planetarum, stellarum fixarum, quem ordinem nostra quoque editio sequitur. De his libris loquitur ipse Tycho in *Mechanicis* (vid. supra p. III). Omnes tomi vestiti sunt involucris membranaceis similibus inter se, quæ duobus exceptis, qui observationes continent annorum 1595—96, in fronte exhibent effigiem Tychonis, in tergo arma ejusdem (ut in codice B); in posterioribus quinque tomis hæc ejusdem magnitudinis sunt, quam habet effigies, quæ apparet in *»Danske Magazin«* II p. 321, i. e. 78 × 61 mm, in duodecim prioribus paulo minoris.

In prioribus tomis satis multa inveniuntur Tychonis manu scripta, in posterioribus pauca. Cum conjectura prospiciendum esset, quantum cujusque planetæ observationes spatii occupaturæ essent, in posterioribus præcipue tomis folia satis multa vacua relicta sunt. Ad finem uniuscujusque anni ad-

diti sunt plerumque calculi locorum planetarum ex observationibus facti, et ad finem anni 1582 stellarum fixarum selectarum ascensiones rectæ quæruntur. Appendices omnes hæ suis quæque locis in hac editione invenientur, præter commentarium de Marte, qui in libro observationum anni 1585 traditus est; huic enim in *Operum* tom. V locum assignare satius visum est.

CODEX V[1] = Vindobonensis lat. 10709, continet catalogum stellarum 296 prope Zodiacum.

Hic est liber tenuis in fol., catalogum stellarum continens præparationis causa factum; descripsimus eum in *Op.* tom. III p. 409 et ad finem secundi observationum tomi (*Op.* tom. XI) locum ei assignavimus.

Præter hos codices in bibliotheca Vindobonensi alii quoque inveniuntur ad Tychonem pertinentes, quorum præcipui sunt tres fasces ingentes epistularum et chartarum, quæ calculos et annotationes breviores continent (Vindobonenses lat. 10686, 10688, 10689). Hi nobis utilissimi fuerunt in edendis scriptis Tychonis (in tomis I et IV et V) et epistulis ejusdem et ad eum datis (in tomis VII et VIII); at cum in iis paucissima inveniantur, quæ inter observationes ponenda fuerint, hoc loco nihil præterea de iis addendum est.

IN hac Tychonis observationum editione conficienda hæ leges servatæ sunt.

Codices Haunienses, ut qui ipsas observationes primas exhiberent, semper secuti sumus, et tantummodo ubi his aliquid deerat, adhibitus est codex V; tum vero in ima pagina annotatio adjecta est: »E codice V«. Inter observationes tamen a. 1585, ubi, quia codicem V inspicere nondum licuerat, L codicem sequi coacti sumus, talem annotationem addere plerumque supersedimus.

Omnes observationes, ne una quidem excepta, exscribuntur. Exscribuntur etiam omnia loca planetarum per calculos quæsita et comparationes cum ephemeridibus institutæ; ubi tamen talia loca binis vel etiam pluribus calculis quæsita erant, meliores prætulimus. Omisimus calculos, quibus ante annum 1582 loca Solis quæsita erant; nam illo tempore theoriam motus Solaris nondum correxerat Tycho.

Ubi suspicio mota erat, in observando aut computando errorem esse commissum, opera dabatur, ut per calculos causa erroris reperiretur. Hic, sicut in ceteris partibus operum Tychonis, omni studio laboratum est, ut numeri et verba quam emendatissima exprimerentur.

Eo ordine afferuntur observationes, quem præbet codex V (Solis, Lunæ, Saturni etc.); ita enim voluit ipse Tycho (vid. locus *Mechanicorum* supra p. III allatus).

Generalis lex erat, ut observationes tales describerentur, quales in codicibus invenirentur. Ut vero chartæ parceretur, nonnumquam in tabulam col-

lectæ sunt, sicut ipse quoque Tycho sæpe egit. Non usque eo in hanc partem progressi sumus nos quidem, quo Bartholinus (si hujus exemplum sequitur De l'Isle); hic enim præter alia omnium observationum Solis quoque anno factarum magnam tabulam conficiebat, in cujus fronte nomina instrumentorum et in parte sinistra dies ponebat; attamen e re esse arbitrati sumus loca Solis in tabulam congerere, non, ut Tycho faciebat, post uniuscujusque diei observationes collocare. Eodem modo, sed minus sæpe, Lunæ loca disposuimus.

Quicquid ipsius Tychonis manu scriptum est, litteris inclinatis descripsimus, quo facilius in oculos incurreret.

Verba quoque continua, descriptiones, annotationes, similia, ita plane expressimus, ut in codicibus Hauniensibus inveniuntur, ita ut singularia quædam sermonis intacta reliquerimus, sicut ubi »cornu« vel »genu« genetivi casus esse volebat Tycho aut »poterint« pro »poterunt«, »saltem« pro »solum« ponebat etc. Pro vocibus ἐν πλάτει medio ævo sæpe usitatis nonnumquam scribitur »en plati«.

Hoc loco utile erit afferre, quæ de latitudine et longitudine eorum Hvenæ locorum, ubi Tycho observationes instituebat, recentissima atque exactissima effecta sunt e mensura trigonometrica annis 1903—04 in Dania instituta.[1]

Centrum Uraniburgi:

$\varphi = +\ 55^{\circ}\ 54'\ 24''.67$ $\lambda = 50^{m}\ 47^{s}.665$ orient. a meridiano Grenovicensi.

Centrum Stellæburgi:

$\varphi = +\ 55^{\circ}\ 54'\ 21''.13$ $\lambda = 50^{m}\ 47^{s}.770$ orient. a meridiano Grenovicensi.

Ex ceteris locis, ubi observationes instituebat, satis erit horum duorum situm afferre.[2]

Arx Benatica:

$\varphi = +\ 50^{\circ}\ 17'\ 24''$ $\lambda = 59^{m}\ 21^{s}$ orient. a meridiano Grenovicensi.

Domus Curtii, Pragæ:

$\varphi = +\ 50^{\circ}\ 5'\ 28''$ $\lambda = 57^{m}\ 35^{s}$ orient. a meridiano Grenovicensi.

Denique omnibus iis, qui in hoc opere conficiendo opem mihi tulerunt, gratiæ mihi agendæ sunt quam maximæ; atque omnium primis INSTITUTI CARLSBERGICI præfectis, sine quorum munificentia opus observationum Tychonicarum edendarum neque incipi neque confici potuisset. Cum vero ab illo loco remotissimus essem, ubi libri manu scripti præcipui asservantur, in opere conficiendo aliorum auxilio uti coactus sum. Ac primis quidem annis C. F. PECHUELE beatæ memoriæ, e specula Hauniensi, aliquoties me quærente codices inspexit. Gratiam etiam debeo CAROLO S. PETERSEN e regia

[1] M. J. SAND, *Tilknytning af de Tychoniske Ruiner til det europæiske Gradmaalingsnet* (*Den danske Gradmaaling* nov. ser. fasc. 1 [Hauniæ 1908] p. 62).

[2] Determinavit ALOISIUS DAVID canonicus a. 1801 et 1805. Vid. *Monatliche Correspondenz zur Beförderung der Erd- und Himmels-kunde* ed. v. Zach VI p. 478 et XII p. 248.

bibliotheca Hauniensi, qui providit, ut e bibliotheca Vindobonensi codices Hauniam mutui darentur, et interdum operam dedit, ut partes eorum, quæ utiles erant ad explendas lacunas Hauniensium, lucis ope exprimerentur. Collationem vero omnium codicum Hauniensium et confectionem exempli ejus, quod typographis describendum mitteretur (si excipias appendices ad observationes anni 1582 pertinentes, ubi exemplo lucis ope expresso typographus uti poterat) ego ipse persecutus sum. IOANNI autem RÆDER gratias quam maximas ago, qui omnes plagulas summa cura perlegit et cum codicibus comparavit multosque operarum errores hoc modo correxit. Idem hæc prolegomena in Latinum sermonem vertit.

SCRIPSI OXONII MENSE FEBRUARIO A. MCMXXIII.

J. L. E. DREYER.

OBSERVATIONES ASTRONOMICÆ

1

IN obſervationibus Tychonis Brahe edendis uſus eſt editor libris manu ſcriptis in Regia Bibliotheca Havnienſi aßervatis, in quibus obſervationes partim ab ipſo Tychone partim a diſcipulis ejus conſcriptæ ſunt; horum librorum deſcriptio et fata in præfatione hujus voluminis reperiuntur. Ut expleret lacunas, quæ præcipue in obſervationibus et calculis annorum 1582—1589 plurimæ inveniuntur, conſuluit apographum æquævum, cod. Vindob. lat. 10657—10675, qui in hac editione littera V ſignatus eſt. Ad obſervationes ante menſem Decembrem anni 1577 inſtitutas etiam conſuluit apographum Eraſmi Bartholini.

Omnia quæ manu propria a Tychone ſcripta ſunt, litteris et numeris *inclinatis* impreßa ſunt.

Annotationes, quæ in ima pagina reperiuntur, omnes editori debentur.

ANNO 1563, ÆTATIS ANNO 17, LIPSIÆ.

AUGUSTI 17,

hora 13 et quadrante, erat ♂ in 7 ♉, lat. Mer. 3 Gr. ad fixas.

AUGUSTI 18,

hora 13. 34. ♃ in horizonte collocabatur atque fere cum capitibus ♊ rectam lineam conſtituebat, Hercule paululum ad Meridiem, Apolline ad Boream transeunte: Æquinoctij punctum in momento illo M. C. iam exceßit et 14 ♈ in M.C. erat.[1]

Diſtantia ♃ et ♄ paulo maior quam hædorum et minor quam duarum in pede anteriori dextro Vrſæ maioris: ſed tamen propius accedebant ad interuallum harum in Vrſa. ♀ in oriente erat poſt 2 horam noctis: oriebatur cum lucida in Procyone. Rectam lineam per corpus ♃ ductam et ♀ locus ♄ excedebat ad auſtrum, quare ♄ ipſo ♃ auſtralior. Diſtantia hædorum 30^{m}, duarum in Vrſa 50′. Ergo ♄ et ♃ 40′ uel 45′ diſtabant.

AUGUSTI 23

hora 13 ♂ fere faſtigium concludebat cum ſtellis in Ceto, I in iuba et III in mandibula ſuperiori, II in extremitate naris. Sed tamen priori propior paulo.

Interuallum ♄ et ♃ matutino tempore vix obſeruatione oculari notari potuit in hac nocte: vterque enim ſe inuicem obumbrabat ſuis radijs; ſed latitudo ipſorum diuerſa adhuc erat, ♄ enim meridionalior ipſo ♃ erat, idque in ingreßu ♌.

AUGUSTI 27 (ASTRON. 26), MANE.

Vidi ♃ cum ♄ obtinere eandem altitudinem ab Horizonte, hoc eſt, ambo fuerunt collocati in eodem Horizontis parallelo, ſed in diuerſo verticali circulo: hinc licet conijcere eorum ☌ jam præteriiße, ſed propius erant ab inuicem diſpoſiti quam ante triduum: quare etiam tempus συζυγίας propinquius huic 27 diej Auguſti quam priori 24 fuiße manifeſtum eſt. In vtroque autem die paulo ante ortum ☉ diſtantiam ipſorum obſeruaui, id eſt in ipſo 26 (vel 25 aſtron.), et in primo gradu ♌ primi mobilis, at in aſteriſmo ♋ circa præſepe: ♄ adhuc meridionalior ipſo ♃ erat.

DIE 31 AUGUSTI.

Veſperi, ♂ fere incluſit angulum rectum cum Vergilijs et Lampadia: ſed tamen magis accedebat ad extenſionem anguli obtuſi [obtinebat angulum ἰσόπλευρον cum Vergilijs et pectore ♉][2] vnde ♂ ex huius trigoni æquilateri obſeruatione proxime obtinebat 13 Gr. 30′ ♉, lat. merid. vltra 2 Gr.

SEPTEMBRIS 2.

Hora 2 mane. Poſt ortum Procyonis oriebantur primo ♄ et ſequens illum ♃ qui ab eo in conſequentia ſignorum diſtabat paulo maiori interuallo quam duarum in Brachio ſiniſtro Erichtonij hædos dictos. Eadem obſeruaui Auguſti 19 communi. ♄ in 2 fere ♌. Idem erat ſpacium Herculis et Propi quod Herculis a ♄ fere. ♄ in 2 ♌, ♃ in 2.30 fere. ♀ in aſcendente hora 2 M. 52 et paulo poſt Regulus, a quo interuallo vnius gradus diſtabat; vnde in 22.30 ♌ fere erat, ſecun-

[1] Adſcriptum eſt: »[medium hujus lineæ in 29^{g} ♋ incidit]«, et in margine ſed partim reſectum: »hæc a . . . legi ex toto non potuerunt«.

[2] In margine adſcriptum eſt: »Hæc erant poſita ad latus ſiniſtrum ſequentium«.

dum aſpectum: plus ab Ecliptica quam cor ♌ diſtabat, vnde magis ſeptentrionalem habuit latitudinem. In medio 4 H. ♀ in horizonte erat ſita in angulo ſphærali recto, cum corde ♌ et lucida in collo ♌, et cum iſta in dorſo ac corde triangulum fere æquilaterum; ſed tamen iſtæ duæ breuius comprehendebant ſpacium quam ♀ cum corde vel dorſo.

☿ vidi longius intervallum concludere a ♀ quam ♀ a corde, cor ♀ ☿[1]
✳······✳······✳.

SEPTEMBRIS 20.

Poſt X horam Urb. ♂ iuxta tabulam Dureri in 12 Gr. 40′ circiter ♉ et lat. Mer. 1½ ad fixas.

Quæ autem hic obſeruationes ad fixas ſumuntur, ſunt Alphonſinæ et ex tabula Dureri deſcriptæ.

SEPTEMBRIS 22,

hora 16 M. 15 ſic obſ. ♄ et ♃. ♄ 1 Gr. et nondum 30 m. ♌, Lat. mer. 30 m. Locus ♃ poſt 4 ♌ et circa 20 M. ♌, lat. Septent. 30 m. plus m.

1. In linea recta poſiti erant præſepe, ♄ et ſuperior cubitus auſtr. chele.
2. In recta linea erant ♄, Aſinus auſtrinus, ♃.
3. Linea recta per aſinum Bor. et brach. Septen. tranſiit per medium Præſ.— ♄.
4. In medio lineæ per aſinum Boreum et ſuper. cub. auſtralis chelæ erat ♃ qui excedebat ad boream.

SEPTEMBRIS 23.

Hora 13 M. 15 aſcendebat ♃ cum Procyone qui cum 5 ♌ aſcendit.

OCTOBRIS 8.

Veſperi 10 hora. Recta linea ab eductione caudæ ♈ per corpus ♂ relinquit illam quæ eſt in poſteriore parte cruris ♈ εἰς τὰ ἑπόμενα, deinde recta ab extremitate poſteriorem pedem pertranſit.

N.B. ♂ iuxta ☉is oppoſitum. ♂ in 11.20 ♉, lat. 1.0 Merid.

OCTOBRIS 12.

Hora 10. ♂ in 9.30 ♉, lat. 0 50 m. A.

DIE 13 OCTOBRIS.

Hora 4 mane ♄ in 2.50 ♌ et lat. 0.0 Sep., ♃ in 8.0 ♌. ♃ ☌ fere cum borealiori iuxta cubitum Auſtralis chelæ et ♌ ſtella in ordine 4 inter informes ♋ quæ ponitur prope caput ♌, ſed paulo minus diſtabat ab initio ♌. ♄ prope Aſellum meridionalem cum eo iunctus.

[1] In margine obſcure adſcriptum eſt: »Calculus Rudolphinus non patitur ut concedamus fuiße ☿. Puto fuiße antecedentem cor ♌«.

ANNO 1564, ÆTATIS 18, LIPSIÆ.

27 MARTIJ.

Hora poſt meridiem 8 accepi diſtantiam ♄ et ♃ vnius gradus et 35 M. Item eodem momento diſtantiam ☾ a Spica ♍ 2 gr. et 30 fere min. Item diſtantiam ♃ et cordis ♌ 25 graduum 45 minutorum.

☉ in his gradibus ♈ 16½, 17, 18, 19, 20½ ſerenitatem fecit Ao 64 et 65 a 7 Martij ad 1 Aprilis. ☍ ☉ et ☾ facta Anno 64 Martij die 27, hora P. M. 7 m. 50, polus 51. Hanc ☍ ☉ et ☾ ſecuta eſt mox eodem die maxima ſerenitas, coniuncta cum maximo æſtu atque ſiccitate. Ego cauſam puto, quia ☉ hoc tempore prope gradum ſuæ exaltationis verſabatur.[1]

APRILIS DIE 15.

Hora 8 M. 15 erat diſtantia ☾ et ♂ 3 Grad. 20 M. Juxta St.[2] ☾ in 5.0 ♋, ♂ 3.16 et diſtantia ☾ 1 Gr. 44; iuxta Carell. ☾ in 5.5 ♋, ♂ 1.55 et diſtantia 3 Gr. 10 M.

DIE 16 APRILIS.

Obſeruaui coniunctionem ♂ cum ſtella in genu ſiniſtro Apollinis quæ eſt in 4.14 ♋. Diſtabat autem tunc temporis ♂ a ſtella 3 magnitudinis quæ eſt in genu ſiniſtro Apollinis 30 m. Secundum Sconerum eſt ea ſtella in 4.5 ♋, ſecundum Rein. 4.14 ♋.

DIE 1 MAIJ.

Obſeruaui per Radium hora 9 p. m. diſtantiam ♃ et ♄ præciſe trium graduum.
Diſtantiam ♄ & ♂ 16 graduum præciſe.
Diſtantiam præterea ♂ et ♀ 19 graduum 20 minutorum.
Conſpexi tunc temporis conjunctionem Martis cum ſtella in capite antecedente Gemin. quæ eſt in 14.24 ♋, nam erat directe inter eam et ſtellam quæ eſt in dextro latere ſequentis Gemini 3 Magn.


Erat itaque tunc temporis		Ephemerides Stadij habent	Ephemerides Carelli habent
♀ in 25G ♊	com-	♀ in 22 54 ♊	♀ in 24 3 ♊
♂ in 14 ♋	pleto	♂ in 12 52 ♋	♂ in 11 20 ♋
♄ in 0 ♌		♄ in 27 36 ♋	♄ in 29 53 ♋
♃ in 3 ♌		♃ in 1 30 ♌	♃ in 0 50 ♌

[DIE 2 MAIJ].

Die ſequenti obſeruavi paulo accuratius eadem hora horum diſtantiam.
♄ et ♃ præciſe III graduum ut prius, ♂ et ♄ 15 gr. 30 min. Item ♂ et ♀ 19 fere graduum.
Erat tunc ♀ juxta Stadium in 24 et 6 gradu ♊, ♂ in 13.28 ♋, ♄ in 27.42 ♋, ♃ in 1.38 ♌. Ergo diſtantia ♂ et ♀ $19^g 22^m$, ♄ et ♂ $14^g 14^m$, ♃ et ♄ $3^g 56^m$.
Ex his itaque conſtat omnes obſeruationes arctiores eße quam habent ipſæ Ephemerides, quomodo id contingat, an cauſa inſtrumenti vel aſpectus diuerſitate, neſcio.
Ephemerides Carelli habent ♄ 29.58 ♋, ♃ 0.58 ♌, ♂ 11.57 ♋, ♀ 25.13 ♊. Ergo diſtantia ♄ et ♃ 1 gradus, ♂ et ♄ 18 graduum præciſe, ♂ et ♀ 16 grad. 44 minutorum. Hic calculus longius aberrat in tribus vbique gradibus.

[1] Adeſt in codice thema aſtrologicum figuræ rectangulatæ (non circularis formæ qua Tycho poſtea uſus eſt) et ſequitur »Abhinc excurſus in alios annos præteritos«, exhibens deſcriptionem ſimilem diei 20 Martii 1556 pro hora 12 M. 37 P. M., necnon annotationes de cometa anni 1556 et catalogum cometarum ab anno 1500 ad annum 1556.

[2] Id eſt, iuxta Ephemerides Stadii.



MAIJ DIE 23


hora poſt merid. 10, per circinum quendam accepi diſtantias 4 illorum Planetarum, qui tunc viſui occurrebant, videlicet ♃, ♄, ♂ et ♀, præterea cum conſtaret ex Ephemeridibus Stadij diſtantiam ♄ et ♃ eßepaulo vltra 5 gradus, idem ſpacium in 5 gradus et paululum vltra diſtribuebam, vnde etiam aliorum per gradus innotuit diſtantia, duplaui autem ſemper diſtantiam per circinum acceptam: hoc modo.

Hac ratione luce manifeſtius etiam fit, hanc motuum rationem prorſus convenire cum motu qui in Ephemeridibus Stadij collocatur et eſt talis:

Diſtantia ♃ ♄ 5.12
diſtantia ♄ ♂ 3.38
diſtantia ♂ ♀ 7.16

Etſi autem hæc non tam præciſe a me poterant obſeruari per circinum; nam vix corpus ♂ apparuit, vt etiam ♄ mihi obſeruanti, ſed tamen hoc qualicunque contentus.

♃ erat	29.38 ♋	♂ in	26.0 ♋
♄ autem	4.50 ♌	♀ vero in	18.44 ♋



Si rurſus libet Alphonſinam formam hic adpingere, tunc iuxta horum decreta ita ſe res habet.

DIE 25.

Rurſus obſeruavi per alium et paulo maiorem circulum, easdem diſtantias atque ſic inveni. Diſtinxi quoque ſigna et apparuit in quo loco quilibet planeta eßet: ut ♃ 5. 10 ♌, ejus locum ſumpſi ex ephemeridibus, atque per aliorum ab ipſo diſtantiam, aliorum quoque [vidi] loca: ut ♄ in 29:50 ♋, nam præciſitatem aliquam non poßum dicere, cum minutum vnum vel 4 non ſint alicuius momenti. ♂ 27 ♋, in huius loco aliquid erratum eſt, cum ipſe fuerit tam parvus, vt oculis non potuerit ſubijci.

Præterea ♀ in 21.0 minuto fere ♋, præterea in huius quoque loco fortaßis hoc propter diviſionem lineæ .... iam non poterit obſeruari præciſe aliquid ita per circinum.

MAIJ DIE 30

hora 10, obſervavi ♄ et ♂, qui tunc ſibi valde prope ſtabant fere invicem coniuncti, nam erat quo ad longitudinem, juxta Stadium tantum, diſtantia 10 minutorum, quo ad latitudinem vero 44 minutorum.

Præterea ♂ anno 64, in Maio et Junio, vix conſpiciendus apparuit.

Nota. Ao 64, in fine Auguſti circa diem 27 et ſeq. durabat per aliquot dies maxima ſerenitas, tantaque vt vix per dies 8 vna nubes in cœlo videretur.

Anno 1564 inque ejus fine circa Nouembrem, Septembrem et Decembrem, tantæ apparuit ♀ magnitudinis, ut etiam vmbras in corporibus oppoſitis faceret, non aliter atque luna, et bene apparentes, quod ego magna cum admiratione cernebam, die 10 Decembris.

Anno 64, circa 17 fere diem Nouemb. incepit magnus, præter temporis conditionem, calor, non aliter ac ſi æſtas eßet præ foribus, fuitque

maxima pars eius temporis valde nebuloſa, ſed parum pluida. Durabat circiter usque ad 9 diem decembris, quo die circa veſperas, paululum rurſus refrigeſcere incipiebat. Ego cauſam puto quod ☉ hoc tempore per ♐ movebatur, ſignum calidum et ſiccum: atque cum eo etiam ♂ planeta caldus et ſiccus, item ♄ in ſicco et calido ſigno, atque ideo hoc colligo, quia ſtatim circa exitum huius ſigni rurſus incipiebat fieri frigidum. Nam circa medium Decemb. incepit magnum frigus cum ventis maximis et gelu valido, durauitque per totum decembrem.

OBSERUATIONES SYDERUM PER RECTANGULUM SEU RADIUM ASTRONOMICUM.

Anno 1564 Octob. die 19, hora circiter octaua poſt meridiem, obſeruaui ☾ plenæ diametrum 37 circiter minutorum complete. Ex tabulis prutenicis colligitur circiter 36′.

Maximus ☾ diameter continet 35′ 40″
Minimus ☾ diameter continet 30′ 0.

Diej (20) ſequentis mane hæc obſeruaui.

Diſtantiam ♃ et ♄ quam inveni duplici calculo hoc modo.

1. Poſito tranſuerſario in loco ſtato, qui eſt partium 3500, reperi pinnularum in tranſuerſario a ſe inuicem elongationem 1162, quibus iuxta operationem proveniunt $398\frac{14}{35}$ cui numero in tabula gnomonica competunt 18 gr. 21 m. diſtantia ſyderum quæſita.

2. Collocato eodem in puncto 3700, pinnularum diſtantia reperiebatur 1233, quibus iuxta operationem debentur $399\frac{33}{37}$, hisque ex tabula reſpondent gradus ut antea, ſed minuta numero 25 fere. Diſcrepat itaque obſeruatio in 3 tantum circiter minutis, quod admodum parum eſt. Erat autem sine dubio vera diſtantia 18^{g} 22′. Infallibiliter. Stadius diſtantiam ponit 18^{g} 8′, differentia 0^{g} 14′ parua [tantum erroris facit amborum ſemidiameter additus 0 g. 8 et 6]. Quam Carellus conſtituit 15^{g} 20′, differentia 3^{g} 2′ Magna.

Eodem momento collocato tranſuerſario in 3700 partibus erat ♄ et Reguli diſtantia 480, quibus reſpondent iuxta operationem $155\frac{25}{37}$. Ex canone vero 7^{g} 23′ præciſe.

Eadem ratione reperiebantur inter ♃ et eandem fixam 11^{g} 1′, nam pinnulæ diſtabant 720, quibus calculus $233\frac{19}{37}$ exhibuit, hisque ex Gnomonica tabula numerus quem dixi præciſe correſpondet.

Hæ duæ diſtantiæ ſimul additæ conſtituunt ſpacium inter ♃ et ♄ 18^{g} 24′ quod fere cum ſuperioribus concordat, at quoniam maior paulo latitudo ♃ ſit, hæc diſtantia in paucis ſcrupulis veram ſuperat: non enim reſpectu Eclipticæ in linea recta conſtituebantur hæc tria ſydera. Iuxta Alphonſinos error non latebit commißus, poſito enim quod Regulus conſtituatur in 23^{g} 35′ ♌, ut habent Canones prutenicæ, provenit locus ♄, ſubtractis 7^{g} 23′ ejus a ſtella diſtantia, in 16^{g} 12′ ♌, quem Stadius ponit 16^{g} 30′ ♌, differentia 18′. Carellus 18^{g} 26′ ♌, differentia 2^{g} 14′, magna ſatis. Locus vero Iovis erit, additis 11^{g} 1′, in 4^{g} 36′ ♍, quem Stadius ponit in 4^{g} 36, ut habet obſeruatio: at Carellus ſtatuit in 3^{g} 44′ Error 52′.

DIE 11 NOUEMBRIS.

Inter 6 et 7 matutinam, hæc per rectangulum obſeruaui inter ♃ et ♄.

Stante tranſuerſario in 3500, loco ſtato, diſtantia pinnularum 1300, ex multiplicatione huius per maximam tabulæ gnomonicæ provenit 1560000, quæ diuiſa per locum ſtatum provenit $445\frac{2}{5}$ quibus reſp. in tab. gnomonica 20^{g} 21′ diſt. videlicet ♃ et ♄, tempore dato.

Aliter. Stante radio in medio tranſuerſarij, locus tranſuerſarij in radio erat 2670, quibus ex tabula fæcunda reſp. 20^{g} 32′ fere, diſtantia ♃ et ♄ hoc modo accepta.

Inter ♄ et Regulum, ſtante tranſuerſario in 3500 pinnularum diſtantia 380, quæ multipl. per 1200 procreant 456000, hæc rurſum diviſa per 3500, dant $130\frac{10}{35}$, cui numero debentur ex tabula gnomonica 6^{g} 12′, diſtantia inter ♄ et Regulum.

Inter ♄ et ceruicem ♌ pinnacidiorum elongatio 625 numerus multiplicatus 750000, rurſus diviſus $217\frac{5}{35}$, huic reſpondet ex tabula 10^{g} 15′ diſt. quæſita.

Inter ceruicem et cor ♌ Elongatio pinnularum 510, numerus multiplicatus 612000, rurſus diuiſus $174\frac{30}{35}$, diſtantia igitur fixarum 8^{g} 17′ paulo plus.

Diſtantia inter Regulum et ♃. Interſtitium pinnularum 850, numerus multiplicatus 1020000, diuiſione productum $291\frac{15}{35}$, reſp. ex tabula gnomonica 13 par. 39′ fere, diſtantia videlicet ♃ a Regulo.

Diſtan: inter ♃ et caudam ♌. Pinnularum intercapedo 1044000, numerus ex diuiſione prodiens $298\frac{10}{35}$, reſp. ex tab. 13^{g} 57′, diſtantia videlicet inter ♃ et caudam ♌.

Inter ♃ et ♀. Per extremas pinnulas transuerſarium in 2615, quibus reſpondet 20^{g} 55′, qui numerus duplicatus oſtendit ♃ et ♀ diſtantiam 41^{g} 50′ præciſe.

Eodem tempore, poſt 7 puto, obſeruavi ♀ fere conjunctam cum ſpica ♍, ſed tamen circiter 2 vel 3 gradibus ea ſtella erat ſeptentrionalior; cum tamen Stadius ♀ latitudinem cum ſtellæ latitudine eandem ponit: videlicet 2 gr. et 5 circiter minutorum meridion. Carellus ♀ lat. facit 0^{g} 4′ merid. Eßet igitur iuxta Stadium futura ipſius ♀ cum ſtella corporalis ☌, quod tamen falſißimum erat, nam in latitudine ♀ multum aberrat Stadius eo in loco a calculo Prutenico: calculaui enim ego ad hoc tempus ♀ latitudinem hoc modo.[1]

DIE 20 NOUEMBRIS.

Per rectangulum hæc obſeruaui: Hora 3 Min. 3 ante meridiem.

4000	Diſtantia inter ♃ et ♄	1538		
	Diſtantia inter ♄ et Reg.	440		
	Diſtantia inter ♃ et Reg.	1025		
3500	♃ et ♄ 1330	1355		
	♄ et Reg. 385 alias	400		
	♃ et Reg. 893	915		
3000	♃ et ♄ 1140	1150		Hi ſic erant appoſiti ad ♃ et ♄.
	♄ et Reg. 1165 —— alias		1175	Hi ad ♄ et Reg., ſed cum ſigno, quod ipſos referebat ad ♃ ♄.
	330 —— 333.			Hi erant inter duas lineas inſerti.[2]
	♃ et Reg. 785 —— 768			

N. B. ♄ juxta Stationem primam.

1. Tranſuersario exiſtente in 4000, diſtantia pinnularum 1540, numerus multiplicatus 1848000, productum diuiſionis 462 Reſp. ex tabula gnomonica 21^{p} 3′ diſtantia videlicet ♄ et ♃ quæſita.

2. Tranſuerſario exiſtente in 3500, diſtantia pinnularum primo 1330, numerus multiplicatus 1596000, diuiſus 456, reſp. ex tabula gnomonica 20^{p} 48′, alias vero

[1] Hic ſequitur in codice »Calculus Long. et Latit. ♄ et ♃ et lat. ♀ ex tabulis Prutenicis ad Annum 1564, Novembris Die 10 . . . 30«. Poſt tabulam numeros pro ſingulis diebus exhibentem Tycho ſcripſit: »Stadij computatio, quam Ephemerides exhibent, aberravit a calculo Prutenico in long. ♄ et ♃ 2 m., in lat. ♄ 19, in lat. ♃ 13, ♀ 3^{g} 15′ ſatis imprudenter«.

[2] In margine adſcriptum.

diſtantia reperiebatur 1355, cuius productum ex multiplicatione 1626000, diuiſus 464$\frac{20}{35}$, cui reſp. ex tabula gnomonica 21^{p} 10′ fere.

3. Tranſuerſario exiſtente in 3000, diſtantia pinnularum: I 1140, numerus multiplicatus 1368000, diuiſus 456, cui reſp. præciſe ut prius 20^{p} 48′. II 1150, numerus multiplic. 1380000, diuiſus 460, cui reſp. 20^{p} 58. III 1165, mult. 1398000, diuiſus 466, reſp. 21^{p} 13′ diſtantia quæſita. IV 1175, mult. 1410000, diuiſus 470, reſp. 21.23 diſtantia quæſita.

DIVERSITAS DISTANTIÆ

I	21^{g} 3′	IIII	20^{g} 48′
II	20 48	V	20 58
III	21 10	VI	21 23

Inter ♄ et Regulum.

1. Tranſuerſario in 4000, diſtantia pinnularum 440, numerus multiplicatus 5280000, diuiſus 132, reſp. 6^{p} 17′ fere diſt. quæſita.

2. Tranſuerſario exiſtente in 3500, pinnacidia I 385, multipl. 462000 et diuiſus 132 reſpondet præciſe ut prius 6^{p} 16′ 38″; II 400 multiplicatus 480000, diuiſus 134$\frac{10}{35}$ reſp. 6^{p} 23′ diſt.

3. Tranſuerſario in 3000 partibus pinnularum intercapedo bis ſumpta 339, multiplicatus 396000, diuiſus 132 reſp. 6^{p} 17′ ut prius ſæpe.

Diſtantia ♄ et Reg. 6^{p} 17′ præciſe.

Inter ♃ et Regulum.

1. Tranſuerſario 4000, intercapedo pinnularum 1025, numerus multiplicatus 1230000, diuiſus 307$\frac{1}{2}$, reſp. 14^{p} 22′ fere.

2. Tranſuerſario 3500, pinnular. 893, mult. 1071600, diu. 306$\frac{6}{35}$, reſp. 14.18 diſtantia quæſita; alias 915 mult. 1098000, diuis. 313$\frac{2}{3}$, diſtantia quæſita 14.39 ſed falſa.

3. Tranſuerſario in 3000, pinnulæ 768 multipl. 921600 reſp. 307$\frac{6}{30}$ bis accepta, reſp. 14^{p} 22′ præciſe.

Diſtantia ♃ et Reguli 14^{p} 22′. Diſtantiæ in uno concordantes:

Inter ♄ et ♃	20^{p} 48′ (Cum Stad.)
Inter ♄ et Reg.	6 17
Inter ♃ et Reg.	14 22

Incidit ex ♄ Reg. in 23.32 ♌, ex ♃ 23.46 ♌. Sed ♄ diſtantia non longe a vero aberrat, enim iuxta Ptolomæum 23.35 ♌, differentia 3 circiter minutorum (quæ forte ex latitudine[1]). Diſt. inter ♄ et ♃ 20^{p} 52′. Vtut eſt, diſtantiam fuiße circiter 21 graduum, verum eſt, quam Carellus ponit 17^{p} 50′, error vltra 3 gradus. In his manifeſte apparet Alphonſinorum error. Promotus eſt ♄ a die 20 Nouemb. ad diem 8 Decemb. in antecedentia, circa $\frac{1}{2}$ grad. fere 28 Min. Stadius ponit 25, Carellus 27: ſed de obſeruatione dubium eſt. ♃ promotus in conſequentia a 20 Nov. ad 8 Decemb. 1° 48′. Stadius ponit 51′ tantum, Carellus 39′: ſed obſeruatio fallit.

Inter ♀ et Spicam ♍ tranſuerſario 3500, intercapedo pinnularum 440, numerus multiplicatus 528000, diuiſus 150$\frac{30}{35}$, reſp. in tabula 7^{p} 9′, diſt. quæſita. Transuerſario in 3000, intercapedo pinnularum 375, numerus multiplicatus 450000, reſp. 7.8 fere ut prius, hora circiter 6.

DIE 2 DECEMB.

Inter 7 et 8 matutinam vidi aliquam ſtellam lucidam verſus ortum, diſtantem a ♀ ſtante tranſuerſario in 3500, 1650 partibus æqualibus: unde diſtantia eorum

[1] In margine adſcriptum: »Hæc lituram habebant«.

in gradibus colligitur 25 ^{g}15′. Ex Stadio colligitur ♀ et ☿ diſtantia 25.58. ♀ et ♂ 26.50, a corde ♏ vltra 29 gradus: vnde ſine dubio ☿ fuiße reor: Eratque valde lucidus et bene apparens in ipſa aurora, ipſoque Solis ortu fere; nec præciſe per radium diſtantiam accipere potui.

DECEMBRIS DIE 8

hora antemeridiana exiſtente circiter 4 a media nocte hæc per rectangulum obſeruaui.

Stante transuerſario in 3500, diſtantia inter ♄ et regulum 415, numerus multipl. 498000, diuiſus 142$\frac{10}{35}$, reſp. diſtantia 6^p 45′.

Tranſuerſario exiſtente in 3000 inter ♄ et Reg. 370, Mult. 444000, diuiſus 148, reſp. 7^p 2′, diſtantia videlicet vera ♄ et Reg. Inter ♃ et Reg. 870 multip. 1044000, diuiſus 348, reſp. 16^p10′, diſtantia quæſita. Inter ♄ et ♃ 1300, multiplicatus 1560000, diuiſus 520, reſp. 23^p 25′, diſtantia videlicet quæſita inter ♄ et ♃. Stadius diſtantiam ponit 22^p 13, vbi differentia vltra vnum gradum ſe extendit. Carellus habet diſtantiam 19^g 0^m, ubi differentia ab obſeruatione eſt 4^p 25′ valde magna. At quod obſervatio hæc cum rectangulo tantum a Stadio diſcrepat, puto eße in cauſa inſtrumenti falſitatem, et obſeruationis miram diſcrepantiam. Primo enim loco accepi 3000, 1285 quibus reſpondent 23^p 11′, vtut erat, obſeruatio a Stadio in gradu integro discrepabat, ſive inſtrumenti falſitas in cauſa fuerit vel quid aliud.

DIE 10 DECEMBRIS,

mane circa 5 horam. Stante medietate tranſuerſarij in radio, vtriuſque ab vtroque pinnacidio æqualiter, locus eius in radio erat inter ♄ et ♃ 2355, reſp. 23.0 falſa obſerv.

Stante transuerſario in 3500 inter ♄ et cor ♌ 420 numerus multiplicatus 504000, diuiſus 147, reſp. in tabula 6^p 59′. Inter ♃ et cor ♌ 970, multiplicatus 1164000, diuiſus 332$\frac{20}{35}$, reſp. 15^p 29′, diſtantia ambarum 22^p 28′.

Inter ♄ et ♃ 1455, multip. 1746000 diuiſus 499 reſp. 22^p 35′.

1	0	46	16	12	16
2	1	32	17	13	2
3	2	18	18	13	48
4	3	4	19	14	34
5	3	50	20	15	20
6	4	36	21	16	6
7	5	22	22	16	52
8	6	8	23	17	38
9	6	54	24	18	24
10	7	40	25	19	10
11	8	26	26	19	56
12	9	12	27	20	42
13	9	58	28	21	28
14	10	44	29	22	14
15	11	30	30	23	0

Nota. Radius iſte erat in diſtantijs Stellarum, ſtante tranſuerſario in 3500, in quolibet gradu 46 ſecundis, quæ ſemper diſtantia quam radius præbet in quolibet gradu ſubtrahenda ſunt, vt locus verus habeatur.

Stante tranſuerſario in 3500 Diſtantia ♀ a luminoſiore lance et meridionaliori 220, numerus mult. 264000, diuiſus 75$\frac{15}{35}$, reſp. ex tabula 3^p 35′.

Diſtantia ♀ ab altera lancis Septentrionaliori 333, multipl. 399600, diuiſus 114$\frac{6}{35}$, reſp. 5^p 26′. Inter ♀ et Spicam 1630 multiplicatus 1956000, diuiſus 559 reſp. 24^p58′ diſtantia quæſita.

Longitudo ♀ 11.35 ♏, Latitudo 3.19 Septentr. Stadius ponit ♀ 12.15 ♏ cum latitud. 1^g 2′ Sept. Carellus ponit ♀ in 11.37 ♏ cum lat. 2.33 Septent.

DIE 11

accepi diſtantiam ♄ et Reguli 435, numerus multiplicatus 522000, diuiſus 149$\frac{5}{35}$, reſp. 7^{p} 5^{m}, diſtantia quæſita. Ergo ſi locus ſtellæ iuxta tabulas ſtatueretur in 22.36 ♌, ♄ locus incideret in 16.36 ♌, ſubtrahe enim 5 m. iuxta regulam ſup. traditam.

DECEMBRIS DIE 14

hora circiter 6 antemeridiana accepi diſtantiam ♀ quæ circa chelas morabatur a meridionali et occidentaliori, transuerſario exiſtente in 3500, diſtantia pinnularum 450, numerus multiplicatus 540000, diuiſus 154$\frac{10}{35}$, reſp. ex tabula gnomonica 7^{p} 19′, inter ſeptentrionaliorem vero et orientaliorem, ſtante transuerſario in eodem loco, diſtantia erat 360, numerus multipli: 432000, diuiſus 123$\frac{1}{3}$, quibus ex tabula reſp. 5^{p} 52′ diſtantia quæſita, ex his hoc modo long. et lat. Veneris eruo. Stella prior long. ♏ 9^{g} 6′, lat. 0^{g} 40′ Boreal. Altera ſtella long. ♏ 13^{g} 16′, lat. 8^{g} 30′ Boreal.

Colligo longitud. ♀ 15^{g} 58′ ♏ circiter, lat: vero 3.18 circiter Boreal. Die 14, hora 6 circ. a M. Long. ♀ erat circa 16 grad. ♏, latitudo 3^{p} 18′ ſeptentr. Carellus long. ♀ 15.44′ ♏, lat. 2.40 Septent. Stadius ponit long. ♀ 16.17 ♏. latitud. 1^{p}. 20 Septentr. Verum multipliciter poteſt error iſti contingere, aut obſeruationis et radij errore aut quod in plano figuratio non ſuccedat, aut propter ſtellarum fixarum loca incognita ♏. In latitudine autem conſtat errare Stadium.

Inter ♃ et Regulum, ſtante transuerſario in 3500, diſtantia pinnularum erat 985, numerus multiplicatus 1182000, diuiſus 337$\frac{25}{35}$ quibus ex tabula correſpond. 15.43.

Inter ♄ & Regulum 420, numerus multiplicatus 504000 Reſpond. 144, quibus ex tabula correſpondent 6^{p} 50′, hæc obſeruatio bona eſt. Numeri additi 22.33, diſtantia amborum Planetarum. Stadius ponit 22.32, hæc belle congruunt. Si locus ſtellæ ponatur in 23.22 ♌

	23	22		23	22
	15	43 Ad.		6	50 Sub.
♃ ♍	9	5	♄	16	32 ♌

♄ tendens ad ☍ ☉, abeſt tamen plus uno menſe.

DECEMBRIS DIE 17,

hora 7 poſt meridiem, accepi Lunæ plenæ diametrum, ſtante transuerſario in 3500, diſtantia pinnularum 39, numerus multiplicatus 46800, diuiſus 13$\frac{13}{35}$, Reſp. 38 circiter. Item ſtante transuerſ. in 3000, diſtantia pinnularum 35, multipl. 42000, diuiſus 14′ Reſp. 40′ diameter videlicet Lunæ, verum in tanto ſpacio obſeruatio optime fallere poteſt.

ANNO 1565, ÆTATIS 19, LIPSIÆ.

JANUARIJ DIE 7.

Hora 7 poſt meridiem vidi ☾ coniunctam cum ſtella in extrema ala Pegaſi quæ eſt in 3g 15′ ♈. Erat autem ☾ tunc temporis in 5 circiter ♈, ſed aſpectus diuerſitas coniunctionem paruit: erat autem conjunctionis argumentum hoc, quod linea ducta ab apicibus ☾ directe in ſtellam incidebat.

DIE 28 MARTIJ.

Circa 8 pomeridianam oculari conſideratione Iouem conſideraui. Primo ſeptentrionalior videbatur minutula illa ſtella quæ eſt poſt cor ♌ iuxta Zodiaci ductum ad diametri lunaris fere quantitatem et videbatur transgreßus jam huius coniunctionem: nam talem ex parte faciebat cum illa figuram, qualem illa quæ ſub corde eſt, cum ipſo corde, vt quanto interuallo cor in antecedentia inclinat ab illa minuta ſub ſe exiſtente, tanto etiam interuallo ♃ in antecedentia a minutula quoque ſub ſe inclinat; et ſi a ſuperiore ex tribus in ceruice ♌ ad hanc minutulam, quam in ventre putant, lineam duxeris, tunc in illa linea recta Jupiter videbatur comprehenſus. Eſt ſtellæ locus in 15 minuto ♌[1], vnde cum ♃ anterior eßet, apparet locum ex tabula præſuppoſita iuxta Stadium verum eße, latitudo circiter 20′ boreal.

♄ vero vidi eodem tempore cum minutula illa quæ eſt ex 4 in capite ♌, quæ minimam habet latitudinem ab Ecliptica, longitudine circiter coniunctam. Nam cum hac ſimilem habebat poſitum, qualem cor ♌ cum ceruice, niſi quod paulo magis in antecedentia videretur promotus, vnde fere præciſa coniunctio cauſari poterat, nam plus habet cor ♌ in antecedentia quam ceruix: vnde eßet in 12.15 ♌: modo locus fixæ recte eſt præſuppoſitus; erat etiam cum linea recta, ducta per dictam in capite ♌ et ſtellam mediam ex tribus quaſi in linea recta in capite Hydræ; ex his erratum magis in fixis quam in planeta videbitur.

[DIE 29 MARTIJ].

Die ſequente poſt cœnam circa horam nonam eosdem rurſus obſeruaui. Videbatur primo ♄ rurſus in linea recta inferioris in capite ♌ quæ minimum ab Eccliptica diſtat, eſtque inter alias minima, et eam quæ media eſt inter tres proximiores ad Eccliptícam in capite Hydræ, recta linea quaſi ſe inſequentes, niſi quod prima quæ ſcilicet minus habet in gradibus, maiorem habeat latitudinem. Deinde hæc de qua loquor paulo maior (etſi parum) ſequente tertia.

Erat etiam idem in linea recta quæ ducebatur per lucidißimam inter eas quæ in capite ♌ ſunt (quæ ſcilicet media eſt inter tres ſeſe ſubſequentes et inter ambas quo ad latitudinem ſita) et ipſam, quæ maximam habet latitudinem ab Eccliptica, inter tres iam dictas in Hydra, quæ etiam minus habet in gradibus: et videbatur inter hanc et ♄ adhuc vna in eadem recta, tanta diſtantia a ♄ quanta eadem a media inter tres in capite Hydræ. Tanta erat diſtantia inter ♃ et cor ♌, quanta inter duas ſuperiores inter iubam verticis fere, minor duobus inferioribus ita vt media communis ambobus ſit.

Erat æquale interſtitium inter ♄ & cor ♌, quod erat inter eundem et medium in capite Hydræ oculari circiter coniectura, et ſpacium inter ♃ et ſupremam in ſcapula circa poſteriora ♌ fere æquale erat ſpacio inter cor et ♄.

Suprema ex tribus in ceruice ♌ et cor ♌ ac ♄ faciebant angulum fere rectum, erat tamen paulo maior diſtantia ♄ et cordis quam ſupremæ in ceruice

[1] In margine adſcriptum eſt: »Virginis«, recte quidem.

et cordis; et angulus magis ad acutum quam obtuſum inclinabat, fere tamen rectus; erat autem fere æqualis diſtantia ♄ a corde quæ eſt mediæ in ceruice a ſtella quæ fit ducendo lineam per imam ceruicis rectam; minutula ſane paulo tamen maior videbatur fixarum inter ſe diſtantia, ſed præciſe non dico.

19 APRILIS.

Vidi ♃ qui æquali diſtantia ab illa ſtella quæ in ventre ♌ eſt videbatur cum intercapedine duarum in pedibus Vrſæ maioris, media inter tres pedum, vbi vbique duæ combinatæ ſunt, et ſimilem quoque ſitum fere reſpectu Zodiaci viſus eſt ſortiri, qualis eſt inferior ſeu meridionalis ad ſuperiorem ſeptentrionalem in pede, niſi quod plus videretur accedere ad contiguam longitudinem Zodiaci cum illa ſtellula, quam hæ duæ in pede Vrſi maioris. Diſtantia igitur inter ♃ et hanc ſtellam eſt circiter 55, Iove ſeptentrionaliore ſtella exiſtente, et magis in antecedentia promoto ad 15 circiter minuta.

ANNOTATIONES INTERIECTÆ.

Duobus ſequentibus annis nullæ extant obſeruationes Brahei, ſed earum loco ſequebantur annotationes qualescunque in codice[1].

Eclipſis ☾ Anni 1565

Cyprianus	Carellus
Die 7 Nouemb.	Die 7 Nouembris
H M	H M
14 1	13 37
Dimidia Dur.	dimidia dur.
1 39	1 38
Ergo tota duratio	tota duratio
3 18	3 16
Puncta Eccliptica	puncta eccliptica
11.14	11.20
Ad Auguſtam Vindelicorum	Ad Venetias

Ex tabulis Alphonſinis

Tycho Brahe Tomo II Epiſtolarum aliquo usque excuſo ſed non edito fol. 54 ſcribit ſe huius eclipſis tempore adhuc Lipſiæ ſtudiorum cauſa commoratum, et pluvium tempus cum meteoris humidis ex hac eclipſi prædixiße. Anno ſequenti 1566 viſa eſt alia Eclipſis Lunæ d. 28. Octob. cuius imminentis deſcriptionem Tycho Brahe verſibus heroicis proſecutus, Roſtochij, quorſum tunc ſtudiorum cauſa tranſiuerat, in ſolenni Collegij loco affixit. Mortem ijs verſibus Solymanno Turcarum Imperatori prædixerat. Et ſecuta fuit paucis poſt ſeptimanis fama de obitu illius Tyranni, ſed qui Eclipſin aliquot diebus anteceßerat. Itaque Tycho ſimul & laudatus & deriſus fuit, tanquam fortuitus vates. Ille vero ſe defendit fol. 51 dicti Libri Geneſi Solymanni allegata, cuius intuitu mortem illi prædixerit. Quamquam ſe etiam de hac credulitate excuſauit, maturioris iudicij compos factus[2].

EX ANNO 1567.

Mercator in ſua noua chronologia ſcribit Eclipſis ☉ 1567 initium fuiße hora 10 min. 25 et finem hora 1 min. 0 Duisburgi, igitur medium hora 11.43, tota duratio h. 2.35.

Roſtochij fuit parum poſt horam vndecimam[3].

[1] Sic in codice. Harum annotationum hic ſolum eas, quæ de rebus aſtronomicis tractant, tranſcripſimus.

[2] Cfr. Vol. I p. 135 noſtræ editionis de hac prædictione. Tycho Lipſia die 17. Maii relicta in Daniam reverſus eſt, ſed quum tempore eclipſis 7. Nov. 1565 iterum Lipſiæ eßet, ſequitur eum mox in Germaniam rediiße, quod non aliunde nobis compertum eſt.

[3] In libro ſuo de aſtronomiæ parte optica (Op. II p. 316) Keplerus ſcribit: »Tycho Brahe in literis ad Clavium ait, ſe adoleſcentem obſervaße hanc Roſtochii ad litus maris Balthici in ipſo quaſi meridie digitorum non plane 7. Et in Progymnasmatis eſt h. 12.0′, digiti 6.29′ [liber Progymn. habet 6.20] quantum et calculus prodit. In alia tamen ſcheda inveni h. 11.0′, digitos 9.0′«. Iterum Keplerus in litteris ad Ioannem Remum anno 1629 de hac eclipſi tractat (Op. VI p. 70) his quæ ſequuntur verbis: »Tycho in averſo folio quod ſequebantur obſervationes anni 1569, verbis brevißimis, cum nullas alias a. 1567 reliquerit obſeruationes, ſcripſit quod Mercator prodiderit Duisburgi initium h. 10.25′, finem h. 1, medium h. 11.43, totam durationem h. 2.35′, et addit, Roſtochij fuiße parum poſt h. 11, Tubingæ vel Eßlingæ dig. 10, Romæ centralis. In Opticis alias ſecutus ſum ſchedas, quæ continebant computationes ex calculo Tychonis, manu et calculo ejus ſtudioſi Seiffarti medici«. In noſtro codice annotatio »Ex anno 1567« invenitur in folio recto, in cuius verſo obſeruationes anni 1568 incipiunt, et verba »Tubingæ vel Eßlingæ dig. 10, Romæ centralis« ibi non reperiuntur. Fortaße Keplerus noſtro codice uſus non eſt, ſed codice priſtino, manu ipſius Tychonis inter obſervandum ſcripto, qui nunc non exſtat.

OBSERUATIONES SYDERUM FACTÆ ANNO CHRISTI 1568 IN HORIZONTE ROSTOCHIENSI.[1]

DIE 2 JANUARIJ.

Mane circa horam ſextam. Erant ♃ et cor ♏ in eodem circulo verticali, ♃ vero ſeptentrionalior ipſa ſtella iuxta longitudinem vnius hominis videbatur et linea ducta a lucida Coronæ borealis per corpus ♃ incidere viſa eſt in cor Scorpij.

Eodem tempore diſtabat ♄ a ſtellula intra caput et pectus ♍ conſtituta tanto interuallo, quantum eſt inter duas in anteriore pede Vrſæ maioris vel paulo plus.

DIE 10 JANUARIJ.

Hora 6 ante meridiem. Vidi oculari inſpectione ♂ exiſtentem in linea recta ducta a chele boreali Cancri per Aſinum borealem in medium ſpacium inter Præſepe et Aſinum auſtralem, diſtantemque in illa linea ab Aſino boreali verſus ſeptentrionem tanto interuallo quantum illud quod inter duas in anteriori pede Vrſæ maioris cernitur (videlicet 1^{g} 30′); notaui itaque in plano loca fixarum iuxta præceßionem æquinoctij verni hoc tempore (quæ eſt 27^{g} 46′) verificata, et inuenio locum ♂ ex præmißis inveſtigatum 1^{g} 10′ fere ♌ cum latitudine 4^{g} 5′ Boreali.

Nota. ♂ fuit circa ☉^{lis} ☍, calculus Alphonſinus ex Cypr. Leo. Eph. ♂ 28^{g} 2′ ♋, calculus Prutenicus ex Stadi Ephem. ♂ 3^{g} 13′ ♌. Superat igitur locus obſeruationis Alphonſinum motum 3 circiter gradibus, et anterior eſt Copernici calculo 2 gradibus. Latitudo vero vtriusque calculi conuenit fere cum obſeruatione.

DIE 18 JANUARIJ.

Circa mediam noctem ſequentem erat ♂ in linea recta per vtriusque Canis lucidas ſtellas ducta, in quam etiam chele borealis ♋ et pes auſtralis incidit, ducta inſuper linea recta a capite inferioris ♊ per ſtellam ♂ incidit illa infra cor ♌ duobus circiter gradibus ita vt ſtella cordis eßet ſeptentrionalior.

DIE 19 JANUARIJ.

Circa 10 P. M. obſeruauimus beneficio Radij aſtronomici diſtantiam ♂ a Cane minore 21^{g} 33′, a corde ♌ 26^{g} 40′; ſtellarum diſtantia 37° 0′.

Et videbatur ♂ in recta linea quæ ducebatur a capite inferioris ♊ ad Aſinum Borealem, parumque vltra lineam ductam a chele Boreali per pedem auſtralem cancri. Et in linea etiam ducta ab Aſino M. per præſepe verſus Boream. Lineam vero vtriusque canis paulum egreßus erat.

OBSERUATIONES PER RADIUM IN NOCTE QUÆ SEQUITUR DIEM 25 JAN. SEQUENTES OBSERUATIONES SUNT MATUTINÆ.

Diſtantiam inter ſpicam ♍ et ♄ 21^{g} 50′, diſtantia inter arcturum et ♄ 35^{g} 30′.

Et diſtabat ♄ a ſecunda poſt illam in ala ♍ quæ eſt magnitudinis tertiæ 7^{g} 52′. Locus vero ſtellæ 4^{g} 15 ♎ cum Latit. ſeptentrionali 2^{g} 50′ qualem et ♄ ferme habebat.

[1] Langebek hiſtoricus in libro intitulato »Danske Magazin« (II p. 179, 1746) dicit, Tychonem ante obſervationes anni 1568 hos verſus ſcripſiße:

Tempora labuntur, tacitisque ſeneſcimus annis,
Et fugiunt, freno non remorante, dies.

Sed in noſtro codice hi verſus non inveniuntur.

Diſtantia eodem tempore
inter Canem minorem et ♂ 20^{g} 50′
inter inferiorem in Cap ♊ et ♂ 8 8
inter ♂ et Aſinum auſtralem 8 52
inter cor ♌ et locum ♂ 29^{g} 0

inter ♃ et ſupremam ex tribus Scorp. 9 15′
inter ♃ et cor Scorpij 5 52
Diſtantia vero ♃ et ♀ 28 15

Loca harum ſtellarum ad tempus obſeruationis

Iuxta calculum Alphonsinum ex ephemerid. Cypr. Leovicij	Iuxta calculum Prutenicum ex Ephemeridibus Stadij	Iuxta obseruationes
♄ 27^{g}22′ ♍ R. lat. 2^{g} 27 B	26^{g} 25′ ♍ R. lat. 2^{g} 9′B	26½ ♍ vltra duos gr.
♃ 4 59 ♐ dir. - 1 4 B	6 27 ♐ dir. - 1 4 B	6½ ♐ Lat. vltra 1 gr.
♂ 22 16 ♋ R. - 4 4 B	27 19 ♋ R. - 3 40 B	
♀ 4 0 ♑ dir. - 4 13 B	5 40 ♑ dir. - 3 30 B	

DIE VLTIMO JANUARIJ.

Diſtantia ♂ ab inferiori in capite ♊ 6^{g} 44′, erat autem ♂ præciſe in recta linea ducta a capite inferioris ♊ per Martem in præſepe.[1]

DIE 1 FEBRUARIJ.

Hora 8¼ poſt meridiem diſtabat ♂ ab inferiore geminorum capite gr. 6 ſcrup. 16 et erat in recta linea ducta ab eodem capite geminorum per medium præſepis et Aſinum auſtralem.

FEBRUARIJ DIE 7 SATURNI

erat obſeruata diſtantia ♂ et inferioris in capite ♊ 5^{g} 24^{m} et erat linea producta a capite eiuſdem ♊ ad Aſinum meridionalem paulo orientalior ipſo ♂, ita vt ♂ videretur illam lineam iam exceßiße motu retrogrado.

Eodem die diſtabat a Cane minore circa nonam poſt meridiem gradibus 20 minutis 12. Diſtantia vero a lucida in pedibus geminorum eſt gr. 21 min. 53.

[1] In margine adſcriptum eſt: »Hæc erant litura inducta«.

ASTRONOMICÆ OBSERUATIONES FACTÆ A ME AUGUSTÆ VINDELICORUM 1569.

APRILIS DIE 14.

Hora 9 p. m. Videbatur ♀ in linea recta quæ ducitur inter vtrumque cornu ♉ ſtellas videlicet in illis extremas, ſed parum erat egreßa lineam rectam verſus ortum. Diſtabat autem a ſeptentrionaliori cornu quod eſt commune cum pede Erichthonij 2^{g} 55^{m}.

Ex his collegi locum ♀ in 17^{g} et 25 circiter minutorum ♊ cum latitudine ſeptentrionali 2^{g} et 5 circiter minutorum; iuxta calculum Alphonſinum ♀ eo tempore 17^{g} 49′ ♊ 2^{g} 7′ Sep. Conuenit autem obſeruatione. Iuxta Stadium in ſuis Ephemeridibus erat in 16^{g} 50′ ♊ cum latitud. 2^{g} 37′ Sept. Erat itaque in longitudine vno gradu ante, et in latitudine ½ gradu nimis.

♄ autem eodem tempore valde prope erat ſtellæ in ala Virginis ſiniſtra tertiæ, cuius locus eſt in 4^{g} 17′ ♎ cum lat. 2^{g} 50 boreali, ſed erat meridionalior ipſa ſtella ad quantitatem vnius palmæ decem circiter vt puto minutis. Nec adhuc ☌ erat in longitudine quia linea ducta a polo Zodiaci per ſtellam relinquebat ♄ parum ad ortum, ſed iuxta horam 9 videbatur mihi præciſe eße in vno circulo verticali cum prædicta ſtella, et poterat fieri ☌ die 15 aut ad maximum die 16 retrograde eundo. Stellæ verificata long. 4^{g} 8′ lat. 2.50 Potes aliquo modo vti hoc loco ♄ pro Acronycha conſideratione retro numerando motum eius ad medium Martij.

DIE 23 APRILIS.

Erat ♄ prætergreßus ſtellam illam primam in ala Virginis ad quantitatem circiter ſemidiametri ☾, ſed non habebat eandem latitudinem, verum erat meridionalior ipſa ſtella 10 circiter M.

Hora 7 M. 40 veſpertina diſtabat ♀ a ☾ 41^{g} 45^{m} verſus occaſum. ☾ autem non tunc habebat magnam parallaxin.

DIE 5 MAIJ.

Hora 8¾ poſt meridiem faciebat ♀ triangulum iſoſceles cum vtroque capite ♊, diſtabat autem ab vtroque eorum verſus occaſum 8 gradibus 35 minutis vel paulo minus. Long. ♀ iuxta 18 ♋ lat. 2^{g} 8′ Sept.

Hora 10 obſeruaui accuratius diſtantiam ♀ ab ijſdem ſtellis et inueni eam 8 gr. 30 minutorum, diſtantia vero ♄ a ſupradicta ſtella in ala ♍ quæ eſt in 4^{g} 17′ ♍ 50 minutorum vel paulo plus.

Nota. ♀ fuit iuxta maximam a Sole digreſſionem.

DIE 17 MAIJ.

Hora 9½ P. M. erat ♀ egreßa lineam rectam quæ ducitur a capitibus ♊ verſus ortum, medietate diametri ☾ circiter, diſtabat autem ab inferiori verſus meridiem 5^{g} 35′.

♄ autem a ſupra nominata ſtella ♍ diſtabat verſus occaſum 1 gr. fere.

DIE 19 AUGUSTI.

Hora 3 poſt mediam noctem vidi ♂, et erat in linea recta quæ ducitur a ſtella 3 mag. in ſiniſtro latere poſterioris gemini et ſtella in axilla ſiniſtra eiuſdem gemini; diſtabat autem a priori verſus ortum circiter æquali ſpacio cum illo quod eſt inter duas ſtellulas in anteriori pede dextro Vrſæ maioris, erat autem paruæ magnitudinis vtpote valde remotus a terra.

DIE VLTIMO AUGUSTI.

Hora noctis 2¾ obſeruaui ♂ et ♀ hac ratione. Mars nondum peruenerat ad lineam rectam quæ ducitur per vtrumque caput geminorum, ſed ab illa linea parum erat occidentalis, diſtabat autem ab inferiore ♊ 7^g 5′. ♂ et ♀ Caniſque minor conſtituebant triangulum ad viſum fere æquilaterum, erat autem interuallum inter ♀ et Canem minorem 19^g 40′, inter ♂ et Canem minorem diſtantia 17^g 20′, inter ♂ et ♀ 15^g 58′. Hora 3 noctis diſtabat inſuper ♂ a ſtella clara in plantis ♊ gradibus 20 15 minutis; ♀ ab eadem ſtella diſtabat etiam verſus ortum 33 gradibus 30 minutis.

DIE 2 SEPTEMBRIS.

Erat ☾ in eadem latitudine cum oculo ♉, diſtabat autem ab illo verſus occaſum 2^g 18′. ♀ tunc erat orta et ſtabat 4^g 1¾′ ſupra horizontem in tanta altitudine fere quanta eſt diſtantia duarum ſtellarum in humeris Orionis, fuit tunc hora matutina 3^H 10^M.[1]. . .

Mars videbatur propemodum in linea recta, aut valde parum ante, quæ ducitur per vtrumque caput ♊, potuit autem ad maximum 10 minutis ante eße, diſtabat autem ab inferiori 7^g 45′ verſus ortum. . . .[2] Incidebat autem linea ducta a linea per Aldeboram in corpus Martis, longe inde diſtantis.

In contactu horæ 4 diſtabat ☾ a prædicta ſtella 1 gr. 45 et erat abſque paralaxi. Altitudo cordis ♌ ſupra horizontem 6½^g.

Paulo poſt 4 diſtabat ♀ verſus occaſum a corde ♌ 18^g 35′. Altitudo cordis ♌ 11 gradus fere. Erat diſtantia inter oculum ♉ et ☾ 1^g 35′ præciſe, confide huic[3]. Hora 4 M. 25 diſtabat 1^g 35′.

Hora 5 rurſus non potui oculis et regula aliud diſcernere quam Mars præciſe eßet in linea recta quæ ducitur per ſtellas vtriusque ♊, diſtabat autem ab inferiori 7^{g}50′ fere vt prius. Erat autem parum nimis lucidum propter Auroram.

In his omnibus obſeruationibus ☾ cum Aldebora accepi per inſtrumentum limbum ☾^{æ} illum qui proxime vergebat ad ſtellam, quare pro diſtantia centri ☾ a ſtella vbique addenda eſt ſemidiameter ☾.

Calculus ☾ ex tabulis Prutenicis ad horam diej 3.4 PMN in tempore æquali et meridiano Regiomontano Prußiæ[4].

☾ a medio ☉	4^s 10^g 7′30″	ab æquinoctio	1^s 0^g 38′ 30″
a prima ♈ ſtella	0 32 51 7		♊ 0 38 30

Oriebatur primus gradus ♍ in altitudine cordis 6½. ☉ in 18^g 10′ ♍. Erat igitur hora 1 min. 33 ante ☉^{is} ortum, ſcilicet hora 4 cum 6 minutis poſt mediam noctem, æquatio temporis eſt 9 Min. ſubtrahenda, vt tempus apparens mutetur in æqualitatem, fuit igitur tempus æquale H. 3 M. 57 P. M. N. Locus ☾ obſeruatus 1^g 47′ ♊. Locus ☾ ex tabulis Prutenicis 0 37 ♊, Differentia 1 10 erat.

Examinatio obſeruationis quæ facta eſt H. 4 præciſe in diſtantia ☾ a ſtella, 2 præciſe graduum, adiecto videlicet ſemidiametro ☾ ad obſeruationem ſupra ſcriptam, tempus æquatum iuxta Alphonſinos eſt hora 3.40, locus ☾ 0^g 37′, motus diurnus 12^g 10′. Ergo locus ſtellæ eßet in 2^g 37′, hora autem 4 videbatur viſuali[5] cum ſtella.

Ex Stadij Ephemeridibus: Tempus reductum et æquatum hora 3^H 24^m, ſubtrahendo videlicet pro meridiano 26′, pro æquatione 10′. Motus ☾ diurnus 12^g

1 Hic in media pagina ſcriptum eſt: »Defectus ob folium ruptum«.
2 Iterum adſcriptum eſt: »Defectus ob folium ruptum«.
3 In margine additum eſt: »Hæc obſeruatio optima«.
4 Singula huius calculi omiſimus.
5 In margine: »uſuali, forte«.

35′, locus ☾ in 1g 48′. Ergo locus ſtellæ eßet in 3g 48′ ♊, quod conuenit cum annotatione Copernici, latitudo ☾ 4g 48½′, Parallaxis latit. 25′ fere, at longitudinis nulla, quia luna præciſe in circulo 90 gradus . . .[1].

VLTIMO SEPTEMBRIS.

Hora 5 mane, diſtabat ♀ a corde ♌	6g 35′	Locus ♀ in 0g 10′ ♍.
a lucida in ceruice ♌	12 0	lat. 1g¼ meridiana
Diſtantia ſtellarum inter ſe	8½	♂ 8g 0′ ♌ ſed dubito
Hora 6, diſtantia inter ♂ et cor ♌	15 45	de hoc.

Diſtantia ♀ a corde, 6g 40′ confide huic.

DIE 7 NOUEMBRIS.

Hora 5 matutina.

Diſtabat ♂ a corde ♌ verſus ortum	4g 35′	Obſeruatio ♂ in	28¼ ♌
Hora 6, ♀ a ♄ 5g 55′ verſus ortum.		Stadius	28 50 ♌
♄ a Spica	4 25	Alphonſus	26 53 ♌

DIE 9 NOUEMBRIS.

Hora 4 matutina, ♂ a corde ♌	5g 20′ verſus ortum, certa	Copernicus	29.45
♂ a media in ceruice ♌	8 40 certa	Obſeruatio	29 0
Stellarum inter ſe	8 20 ſed de hoc dubito	Diff a	45

Erat autem Mars in linea recta, ducta a ceruice ♌ ad ſtellam in ventre ♌, quæ cor ſequitur. Diſtabat autem a ventre verſus ſeptentrionem maiori interuallo quam cor Leonis a ſtellula infra illam et minori quam duarum lucidarum in capite ipſius. Per obſeruationem autem 2g 20′ ſatis certam.

[Nota.[2] Poſito loco cordis ♌ in 23g 52′, prout tunc ex noſtra reſtitutione fuit, prouenit long. ♂ 29.4 ♌].

Præceßio æquinoct. eſt 27g 50′, cor ♌ 23g 40′ ♌, lat. 0 10 Sept., Med. in collo 23 20, lat. 8 30 Sept., quæ in ventris initio in coxa ſiniſtri pedis anterioris 0 20 ♍, 0 10 Merid., Spica ♍ 17 50 ♎.

Locus ♂ iuxta hanc obſeruationem 28g 45′ aut potius 50 ♌ cum latitudine ſeptent. 45 vel ad min. 40 ſupra vnum gradum. Confide huic obſeruationi.

♂ iuxta obſeruationem	28g 50′	1g 40′ bona obſeruatio
iuxta calculum Alphonſ.	27 45	1 35
iuxta Stadium	29 44	1 45

In puncto horæ quartæ apparebat ♀ in tanta altitudine ſupra horizontem, quanta eſt circiter duarum maxime lucidarum in ceruice ♌.

Hora 5ta Diſtantia ♄ et Spicæ 4g 25′, Diſtantia ♀ et ♄ 3g 35′ vel 40
Diſtantia ♀ et Spicæ 5 25 vel 30.

Poſito itaque loco ♄ in 18g ♎, iuxta calculum Prutenicum, erit lat. eius 2g 20′ Sept., et locus viſus ♀ 14g 25′ ♎ cum latitudine 1g 55′ Septent.

Calculus Alphonſi	♀ 14.3 ♎ 1g 39 S	Iuxta Stad. Ephem.	♀ 13.59 ♎ 0 35 Sept.
	♄ 18 11 ♎ 2 9 S		♄ 17.59 ♎ 2 5 Sept.

DIE 11 NOUEMBRIS.

Hora inter 3 et 4. Mars nondum præciſe coniunctus in longitudine cum paruula illa ſtella in ventre ♌, quia lineæ ab illo in illam et a ceruice in cor ♌ non erant prorſus parallelæ, ſed illa a Marte in ſtellam ſuperiori ſeptentrionaliori parte parum inclinabat verſus priorem lineam. Erat autem diſtantia

[1] In margine adſcriptum eſt: »Non poterat legi«.
[2] In margine: »Hæc poſteriore tempore fuerunt aſcripta«.

♂ et ſtellæ $2^g\,5'$, diſtantia ♂ et cordis ♌ $6^g\,20'$ ad ſummum, ad min. autem 6.15 ſed 6.20 optima eſt. ♂ præciſe in initio ♍ hora 4 matutina die 11[1].

Hora 4 ♀ et ♄	$1^g\,30'$	♄ et Spica	$4^g\,25'$
♀ et Spica	4 20	Hora 6 ♀ et ♄	1 35

♀, ♄ et Spica faciebant triangulum iſoſceles. ♄, Arcturus et Spica erant in vna linea recta.

♄ ab Arcturo	$29^g\,50'$	Vera diſta: 34.20 ſed vere 33½	♂ a ♀	48 10
Arcturus a Spica	34 20		Sed hora 6 verius	46 55

	Locus	Iuxta Stadium	Iuxta calculum Alphonſi	Iuxta veram obſeruationem et correct. inſtrument.
♄	$18^g\,10'$ ♎ $2^g\,25'$ Sep.	18 12 ♎ 2 3 Sept.	18 23 ♎ 2 10 Sep.	18 5 ♎ 2 15 Sept.
♀	16 40 ♎ 2 5 Sep.	16 18 ♎ 0 41 Sept.	16 22 ♎ 1 42 Sep.	16 35 ♎ 1 55 Sept.
♂	29 45 ♌ 1 50 Sep.	0 38 ♍ 1 47 Sept.	28 37 ♌ 1 40 Sep.	29 40 ♌ 1 50 Sept.

[Correctis ſtellarum fixarum locis ac minoribus diſtantijs inter Planetas et has præſcriptis, quippe in quas exiguæ aut nullæ cadunt parallaxes, quibus inſtrumentum obnoxium fuit, in globum magnum impoſitis, loca eiusmodi Planetarum inde deducuntur.

♄	Longitudo	17 52 ♎	Latitudo	2 26 B
♀		16 24 ♎		2 11 B
♂		29 57 ♌		2 10 B]2

[DIE 12 NOUEMBRIS].

Die ſequente circa 6 matutinam attendebam et videbam ♀ adeo prope ♄ quod inſtrumento diſtantiam eorum capere non poßem. ♀ enim ſuis radijs attingebat fere corpus ♄, necdum erat coniunctio eorum peracta; fuit autem diſtantia eorum qualis eſt ſemidiameter ☾ vel paulo maior ad viſum, et ♀ erat paulululum meridionalior ipſo ♄, diſtabat autem a Spica per obſeruationem 4 gradibus præciſe. Fuit diſtantia circiter 20 minutorum[3].

TABULA PARALLAXIUM
INSTRUMENTI, CUIUS VSUS FUERAT AUGUSTÆ IN CAPIENDIS STELLARUM DISTANTIJS[4].

G	Parallaxis	G	Parallaxis	G	Parallaxis	G	Parallaxis	G	Parallaxis	G	Parallaxis	Subt.
1	0° 2′ 17″	11	0° 25′ 12″	21	0° 48′ 7″	31	1° 11′ 2″	41	1° 33′ 57″	51	1° 56′ 42″	
2	0 4 35	12	0 27 30	22	0 50 25	32	1 13 20	42	1 36 15	52	1 59 0	
3	0 6 52	13	0 29 47	23	0 52 42	33	1 15 37	43	1 38 32	53	2 1 17	
4	0 9 10	14	0 32 5	24	0 55 0	34	1 17 55	44	1 40 50	54	2 3 35	
5	0 11 27	15	0 34 22	25	0 57 17	35	1 20 12	45	1 43 7	55	2 5 52	
6	0 13 45	16	0 36 40	26	0 59 35	36	1 22 30	46	1 45 25	56	2 8 10	
7	0 16 2	17	0 38 57	27	1 1 52	37	1 24 47	47	1 47 42	57	2 10 27	
8	0 18 20	18	0 41 15	28	1 4 10	38	1 27 5	48	1 50 0	58	2 12 45	
9	0 20 37	19	0 43 32	29	1 6 27	39	1 29 22	49	1 52 17	59	2 15 2	
10	0 22 55	20	0 45 50	30	1 8 45	40	1 31 40	50	1 54 35	60	2 17 20	

1 Scriba hic notat: »Hic veſtigium apparet folij revulſi, neſcio an cum ſcriptura«.

2 In margine adſcriptum eſt: »Hæc erant manu Chriſtiani Severini longe poſterius addita«.

3 Hic ſcriba codicis ſententias ſequentes addit: »Sequebatur hic tabula minutorum ſubtrahendorum ab obſeruatione propter inſtrumentum, ſed illa erat lineis inducta et ſubiunctum: 'Imo hæc tabula non huc pertinet, ſed ad inſtrumentum quo vſus ſum in noua ſtella'. Et hæc ipſa quoque erant lineis inducta: ſubiunctum tamen Exemplum ſequens, non deletum«. Sequitur in codice obſeruatio ſtellæ novæ die pentecoſtes anni 1573 facta, poſt quam ſcriptum eſt: »Sequentia rurſum manu Chriſtiani Severini erant perſcripta«. In folio ſequenti Tabula Parallaxium ſcripta eſt.

4 Supra has lineas adſcriptum eſt: »Manu Chr: Severinj«.

N. B. Præcedens tabula Parallaxium inſtrumenti condita eſt ad obſeruationes in planetis factas Anno 1569 Menſis Nouembris Die 11 inter 3 et 4 horam: In quibus poſtmodum, correctis ſtellarum fixarum locis, ac in globum magnum impoſitis veræ diſtantiæ prodeunt in modum ſequentem.

I. Inter Arcturum et ♄	28 37′	Vera diſtantia in globo
Obſeruata diſt. inter easdem	29 50	
Parallaxis inſtrumenti	1° 13′	ſubtr.
II. Inter Spicam et Arcturum	33 2	in globo
Obſeruata diſtantia inſtrumenti	34 20	
Parallaxis inſtrumenti	1 18	ſub.

N. B. Harum diſtantiarum diuerſitas ad propoſitum eo magis idonea eſt, quod ſit inter ſtellas fixas inter ſe.

III. Inter ♀ et ♂	46 26	in globo
Obſeruata diſtantia	48 10	
Parallaxis inſtrum.	1 44	ſub.

Diuerſitatibus hiſce limitatis ponitur parallaxis ad 48 gradus 1° 50′ ad quem numerum reliqua tabula proportionaliter eſt extructa.

Sed quoniam hæc correctio inſtrumenti per antecedentem tabulam haud omnibus diſtantijs limitandis ſatisfaciat (nam diſtantiæ quæ intra 20 gradus eodem inſtrumento ſunt acceptæ deficiunt a veris ut plurimum in 3 ac 4 minutis, quædam in uno tantum, ut infra videre eſt) inſtrumentum hoc duplici errori obnoxium fuiße creditur, ideoque etiam duplici correctione egere.

IN DISTANTIJS.

Circa 20 gradus parallaxis reperitur unius minuti addenda.

Circa 10 gradus 4′ pro parallaxe add. Iuxta 5 gradus reperitur parallaxis addenda 5 min. Hæc deuiatio inſtrumenti in minoribus hiſce diſtantijs ut plurimum deprehenſa eſt; ſed non circa eosdem gradus conſimili ſemper proportione, ut infra eſt videre.

ANNO 1570 ÆTATIS 24, AUGUSTÆ VINDELICORUM.

STELLARUM FIXARUM LOCA[1]


quarum vſus fuerat in obſeruandis Planetis Auguſtæ Vindelicorum, quæ in Globum magnum imponuntur ad inſtrumentum, cuius vſus ibidem fuerat, rectificandum.

ANNO 1570 AD INITIUM FERE.

Nomina Stellarum	Longitudo				Latitudo			
Lucidæ colli ♌	23°	32′	20″	♌	8	47½		B.
Infimæ trium ceruicis	21	54		♌	4	51½		B.
Cordis ♌	23	52		♌	0	27½		B.
Stellæ poſt cor in ventre ♌	0	22		♍	0	8		B.
22æ ♌ ſeu auſtralis clunis	7	24		♍	9	41½		B.
Caudæ ♌	15	37		♍	12	18		B.
Tertiæ auſtralis alæ Virginis	4	10		♎	2	49⅜		B.
23 ♍ ſeu quæ in pede auſtrino	28	25		♎	2	57½		B. Mag. 4
Vmbilici ♍ ſeu quæ in recta linea cum 4 capitis et cingulo	14	56		♎	8	10⅙		B.
Quintæ alæ ♍	12	10		♎	1	45		B.
Arcturi	18	12		♎	31	3	fere	B.

DIE 7 JANUARIJ[2].

Hora 6 matutina obſeruaui Diſtantiam ♄ et Spicæ ♍ 6^g 5′, erat autem latitudo ♄, collecta ex prioribus obſeruationibus 2^g 40′ borealis. Hinc colligo verum locum ♄ per trianguli rectanguli latera, quorum duo nota ſunt, et ex ijs tertium iuxta penultimam primi innoteſcet hoc pacto:



Colligitur itaque diſtantia ♄ et Spicæ in longitudine 3^g 55″ fere. Igitur locus Spicæ ſit in 17^g 48′ ♎, erit locus longit. ♄ in 21¾ ♎ circiter. Stadij Ephemerides habent 22^g 10′, Leovicij 22^g 17′.

Eodem die veſperi circa nonam obſeruaui ♂ qui ex Ephemeridibus Stadij hoc die ſtationarius erat, et vidi quod diſtantia eius a corde ♌ erat 20^g cum ſemiße fere. Deinde attendebam quod ſtella in cauda ♌ et ea quæ auſtralis eſt in clune 3 Magnit. faciebant cum ♂ triangulum fere æquilaterum, erat enim diſtantia Martis ab vtraque ſtella 8¾ grad. præciſe, ſed ſtellarum inter ſe paulo minor videlicet 8^g 25′ circiter. Locus caudæ ♌ 15^g 38′ ♍, 11.50 B, ſtella in clune Merid. 7^g 28′ ♍, 9.40 B.

Vidi inſuper quod linea recta ducta ab hac vltima, quæ eſt in clune per eam quæ ſequitur verſus meridiem in poſteriore femore magnitudinis tertiæ quæ eſt 11^g 28′ cum lat. 5.50 B, incidebat in ♂ quoad viſum fere, erat autem eius diſtantia ab hac vltima 3^g 10′. Diſtabat inſuper ♂ a ſtella in cauitate ſeu poplite poſteriore quæ eſt in 12^g 48′ ♍ cum lat. 1^g 15′ B per obſeruationem 2^g 25′ circiter, erat autem illa meridionalior Marte et faciebat Mars cum hac et antecedente angulum paulo maiorem recto ad viſum.

Colligo autem iuxta has obſeruationes die 7 Januarij locum ♂ in 13^g cum

[1] Supra adſcriptum eſt: »Hæc quoque manu Chriſt: Severini a novo initio poſt aliquot folia interiecta vacua«.

[2] In margine: »Manus Tychonis«. In ſumma pagina ſcriptum eſt: »Vera æquinoctij præceßio ad initium anni 1570 0^s 27^g 47½«.

40[1] minutis ♍ vna cum latitudine 3½ boreali, erat autem ſtationarius et incipiebat fieri retrogradus. Ex Leovitio locus ♂ 11.4 ♍ 3.30 B Retrogradus, ex Stadio 15.30 ♍ Retrogradus 3.20.

DIE 10 JANUARIJ

obſeruaui rurſus diſtantiam ♄ et Spicæ 6^g 10 minutorum præciſe.

DIE 11 JANUARIJ

Paulo poſt 6 matutinam obſeruaui Diſtantiam ♄ a ſtella 3^a in ala ♍ quæ eſt iuxta cingulum magnitudinis tertiæ, et erat diſtantia 17^g 42′, habuit autem ♄ eandem fere latitudinem cum dicta ſtella. Vidi inſuper quod ♂ ab eadem ſtella diſtabat 20^g 37′ circiter et habuit quoque eandem fere latitudinem. Fuit præterea inter cor ♌ et ♂ diſtantia 20^g 13 minutorum, ſed tempore harum obſeruationum non fuit vsque adeo clara ſerenitas, nec ſtellæ perfecte apparebant.

DIE 13 JANUARIJ.

Inter ♂ et caudam ♌ 8^g 35′
Inter ♂ et ſtellam de qua ſupra, quæ eſt in dorſo ♌ 8 15
Stellarum inter ſe 8^g 25′. ♂ a corde ♌ 19 40
vel paulo plus, non tamen vltra 45. Hæ obſeruationes ſatis exquiſitæ.

DIE 14 JANUARIJ.


Inter horam 10 et 11 veſpertinam erat diſtantia ♂ et cordis ♌ 19^g 45′, confide huic. Præterea ♂ diſtabat ab ea quæ eſt in ala ſiniſtra ♍ 20^g 52′ verſus occaſum, etiam bona obſeruatio. Hæ obſeruationes meliores antecedentibus die 13 factis.

Poſt vndecimam ♂ a cauda ♌ 8^g 30′ præciſe
Inter ♂ et ſtellam in dorſo 3 magn. 8 12. Confide omnibus his obſeruationibus quia exquiſitæ ſunt, cœlum admodum clarum.

DIE SEQUENTI QUI ERAT 15 JAN.

obſeruaui rurſus ♂ et ♄ inter horam 5 et 6 matutinam hoc pacto.

Inter ♂ et ſtellulam in poſteriore femore ♌ quæ eſt in 12.48′ et lat. 1^g 11′ B, ab hac diſtabat 2^g 20′. Præterea inter ♂ et ſtellam ſupra coxas ♌ 3^{tiæ} magnitudinis, quæ eſt meridionalior ex tribus ſupra poſteriores pedes 3^g 47′ circiter, ſed hæc vltima eſt dubia[2].



Præterea inter ♂ et meridionaliorem ex duabus antecedentibus in capite ♍ 5^g 0′ fere. Erat autem ea ſtella Marte borealior et faciebat ♂ cum hac et duabus prædictis talem figuram. Sed de præcedentibus Martis obſeruationibus non ſum ſatis certus in minutis, error tamen 5 minutorum eße nequit, ſunt enim illæ ſtellæ admodum paruæ, et tum aderat aurora cum obſeruabam poſt ſextam.

Vidi inſuper quod inter ♄ et Spicam ♍ erat diſtantia præciſe 6^g 5′, bona obſeruatio, confide huic.

Inter ♄ inſuper et eam quæ in corpore iuxta cingulum ♍ tertiæ magnitudinis erat diſtantia 8^g 10′, etiam bona obſeruatio.

Inter ♄ inſuper et tertiam magnitudinis tertiæ in ala ♍ ſuperiori, quæ eſt in 4.17 ♎, erat diſtantia 17⅔^g, ſed fuit tunc clara aurora.

[1] In margine adſcriptum eſt: »vel 10, ambigua figura«.
[2] Figura non eſt accurata. Stella 3mag. eſt ι Leonis, ſtella in femore eſt σ Leonis.


Inter ♄ inſuper et ♂ ante ortum ☉ ſumpſi diſtantiam 39.10 circiter minutorum, ſed hæc obſeruatio ambigua eſt, magnus tamen error eße nequit.

Eßet iuxta obſeruationes propter paruas ſtellas in coxis ♌ in capite ♍ præcedentes, locus ♂ in 12½ ♍ cum lat. 3½ boreali, et eſt ſic ſatis bona obſeruatio.

DIE 16 JAN: ECLIPSIS ALDEBORÆ[1].

Hora 6 veſpertina cœlo ſerenißimo Aldeboram ſeu oculum tauri conſpicere non potui, eclipſabatur enim tunc temporis a ſuperiore cornu lunæ. Erat autem quando primum vidi hanc ſtellam non apparere altitudo lucidæ et mediæ ex tribus in ceruice ♌ 9 graduum. Quando altitudo cordis ♌ erat 7¼ non videbam adhuc, ſed credo quod tunc temporis egrediebatur corpus lunæ, videre autem præciſe non potui propter radios corporis lunaris. Cum vero altitudo cordis ♌ erat 9 grad. 25 min. ſenſibiliter erat luna prætergreßa dictam ſtellam per tertiam videlicet partem ſuæ illuminationis. Erat autem latitudo centri lunaris paulo meridionalior ipſa ſtella per ⅔ ipſius ſemidiametri lunaris.

In altitudine cordis ♌ 17½ diſtabat ☾ a ſtella per quantitatem ſuæ illuminationis et erat meridionalior ipſa ſtella ⅛, et paulo poſt quando altitudo ♂ ſupra Horizontem erat 3½, vidi quod luna plus diſtabat a ſtella quam erat ſuæ illuminationis quantitas. Quando autem altitudo ♂ erat 23½, ſumſi diſtantiam per inſtrumentum ☾ a ſtella et inueni eam præciſe 1 gr. cum eadem lat. ☾.



Abc pars illuminata, ph diſtantia in alt. cordis ♌ 9.25, if diſt. in alt. 17½ in lin. mi, cg diſt. in alt. ♂ 23½ in lin. dc.

CONSIDERATIO ANTECEDENTIS OBSERUATIONIS.

Primum ex altitudine cordis ♌, quæ erat cum luna diſtaret a ſtella, linea hp 9° 25′, inquiram veram horam et minutum ex tabulis ſinuum hoc pacto, ea autem quæ in promptu eße oportet, hæc ſunt.

Locus cordis ♌ 23 48′ ♌, lat. 0.10 B, declin. 13.46 Bor., compl. 76.14, ſinus 97127.

	Sinus
Aſc. recta ſtellæ 146.11, altitudo poli 48 15, compl. 41.45	66588
Locus ☉ 6.10 ♒, Aſc. R. 308.34	
Altitudo meridiana ſtellæ 55.31	82429
Altitudo obſervata ſtellæ 9.25	16361
ſinus totus eſt	100000

Multiplico igitur ſinum altitudinis meridianæ ſtellæ quæ eſt 82429 in ſinum totum et producitur 8242900000, hæc diuido in ſinum complementi altitudinis poli q. e. 66588 et relinquitur inventum primum 123789, deinde duco ſinum altitudinis ſtellæ ſupra horizontem, qui eſt 16361 in ſinum totum, et producitur 1636100000, quæ diuido rurſus per ſinum complementi altitudinis poli et relinquitur inventum ſecundum 24571. Hoc ſubtraho ab invento primo et productum in ſinum totum multiplico, remanet 9921800000, quæ diuido in ſinum complementi declinationis ſtellæ qui erat 97127, producitur inventum tertium 102152. Ab hoc invento tertio ſubtraho ſinum totum, quia eo maius eſt, et remanet ſinus 2152, cuius arcus eſt 1^{g} 14′, huic addo quadrantem et prodit diſtantia ſtellæ a meridiano 91^{g} 14′, quæ ſi ab aſcenſione recta ſtellæ quæ eſt 146.11


[1] In margine adſcriptum eſt: » ☾ in maxima fere a terra remotione erat et iuxta maximam latitudinem Meridianam«.

ſubtrahatur, remanet aſcenſio recta M. C. 54^{g} 57′, a qua ſubtrahe aſcenſionem rectam ☉^{is}, videlicet 308.34 et provenit arcus æquatoris qui Meridianum a meridie prætergreßus eſt 106^{g} 23′, qui in horas reſolutus efficit horam 7 min. 5½ a meridie, quo tempore hoc obſeruauimus. Erat autem motus diurnus ☾ per obſeruationem præciſe 12 graduum, nam die ſequente paulo poſt 7, vt prius, ſumpſi diſtantiam ☾ carentem parallaxi a prædicta ſtella et erat ea 12 gr. 5′, illa autem 5 minuta tollo propterea quod in priore obſeruatione ☾ erat 5 circiter minutis ſtellam iunctam prætergreßa, et hanc obſeruationem præciſe in diſtantia a limbo ſumpſi, motus itaque horarius ☾ eſt præciſe 30 minutorum.

Quando altitudo cordis erat 17½, invenio horam ſic. Inventum primum ut prius 123789. Sinus altitudinis ſtellæ obſeruatæ 30070, duco in ſinum totum, provenit 3007000000. Inventum ſecundum 45158, differentia a primo 78631. Inventum tertium 80957, quod eſt minus ſinu toto in 19043, cuius arcus eſt 10.59, diſtantia ſtellæ a meridiano 79^{g} 1′. Aſc. R. M. C. 67.10, gradus æquatoris a meridie 118.35 facit 7^{H} 54′.

♂ 12½ ♍ 3½ Borealis	Sinus
Declinatio 10.7 Reſp. comp. 79.53	98445
Aſc. R. 165.14	
Compl. alt. poli 41.45	66588
Altit: ♂ meridiana 51.52	78657
Altitudo obſervata 23 30	39874
Inventum primum 118125	
Inventum ſecundum 59882	
Differentia 58243	

Inventum tertium	59163
Differentia ſinu toto	40837
Huius arcus	24^{g} 6′
Diſtantia a meridiano	65 54
Aſc: recta M. C.	99 20
Arcus æquator. a Merid.	150 45
faciunt	
10^{H} 3^{M}	



ABCD pars lunæ illuminata a ☉ et nobis conſpicua.
E locus ſtellæ in prima obſeruatione 7^{H} $5\frac{1}{2}^{M}$
F locus ſtellæ in ſecunda obſeruatione 7 54
G locus ſtellæ in tertia obſeruatione 10 3 (reitera has ſupputationes horarum). In prima obſeruatione erat diſtantia longitudinis 20 min., latitudinis vero 9′, in ſecunda longitudinis 35, lat: 6½, in tertia longitudinis 1 gr. et 15 minutorum, lat: nulla.

Motus ☾ horarius 30′. Erat igitur vera coniunctio hora 6 M. 24, et erat ☾ ſtella merid. 13 min. in tempore apparenti.

Calculus motus ☾ ex tabulis prutenicis, ad horam 7 poſt Meridiem, diej 16 Jan: in tempore æquali.

Simplex ☉	$4^{s}37^{p}27'\ 9''$	Exceßus ſeq.	$0^{p}12'\,45''$
Simplex ☾ a ☉	1 59 35 41	Pars Pt.	10 5½
Anomalia ☾ ſimplex	0 14 59 41	προσθαφ. abſoluta S.	36 21
Duplata a ☉	3 59 11 22	Diſt. ☾ a ſimplici ☉	1 58 59 20
προσθαφ. ſec. epicycli S.	9 27 59	Diſt. ☾ a 1 ♈	0 36 26 59
Scrupula proportion.	47 29	Vera præceßio	0 27 47 31
Anomalia ☾ æquata	0 5 31 41	Diſt: ☾ ab æquat.	1 4 14 0
προσθαφ. 1 Epicycli S.	0 26 15	Motus diurnus ex tab.	12 2

Semidiameter ☾ 15 minuta, diameter totus 30′.

Locus ſtellæ ex tabulis Prutenicis eſt in 3.47½ cum latitudine 5^{g} 10′ meridiana. Æquatio temporis eſt 6 minutorum, addenda ad tempus apparens, vt ſit æquale.

Hora 6 Mto 30 in tempore æquali, fuit apparens coniunctio.

Hora 7 Mto 5½, in tempore apparenti, minuto autem 12 in æquali, erat locus ☾ viſus in 4^{g} 8′ ♊, ex tabulis autem 4.20 ♊, differentia eſt minutorum 12.

Locus ☾ ex Ephemeridibus Leovitij eſt hora 7 poſt meridiem cum minutis 5, in tempore apparenti et inæquato eſt in 5^{g} 6′ ♊, æquatio temporis iuxta Alphonſinos eſt 1½ aufferenda, cui competit motus lunæ vnius minuti, eßet itaque locus ☾ hora 7 minuto 5, in 5^{g} et 5 minuto ♊, cum latitudine 4^{g}57′ meridiana.

Nota. Ex obſeruationibus Langravij eſt hæc ſtella in 4^{g} 10′ ♊, et ſic fuißet locus ☾ viſus in 4^{g} 30′ et habet ea ſtella latitudinem 5^{g} 35′ Merid.

INUENTIO LOCI ☾ ET LONG. ☾ EX PRÆDICTA OBSERUATIONE.

In prima obſeruatione carebat Luna παραλλαξι longitudinis, vnde eam tanquam faciliorem et etiam certiorem aßumemus, erat autem in tempore apparenti H. 7 Mto 5½, in æquali autem H. 7 M. 12, et erat ☾ prætergreßa ſtellam minutis 20, vnde cum locus ſtellæ ſit in 3^{g}47′ ♊, erit locus ☾ in 4^{g} 7′ ♊ tempore hujus obſeruationis, locus autem ☾ ex tabulis Prutenicis tunc temporis iuxta noſtram ſupputationem eſt in 4^{g} 20′, ſuperat itaque motum obſeruationis 13′, cum merito debebat minor eße, quia locus tabularum eſt orientalior quam locus obſeruationis, vnde error eſt, aut in loco Aldeboræ aut in motu ☾ tabularum, nam obſeruatio in tantum aberrare non potuit. Vide etiam illam obſeruationem, quæ facta eſt Anno ſuperiori ab eadem ſtella, die 2 Sept: in contactu horæ 4 matutinæ et altitudine cordis ♌ 6½, in diſtantia tanquam duorum graduum præciſe, nec erat ſenſibilis parallaxis longitudinis. Latitudo viſa eadem. Altit. ☾ ſupra horizontem erat partium . . .[1]

DIE 24 JANUARIJ.

Hora 10¼ P. M. diſtabat ☾ a Marte verſus ortum per obſeruationem 8¾^{g} cum latit: et parallaxi.

Nota, obſeruat. ♂ iuxta ſolis ☍. Hac obſeruatione potes vti in reſtituendo loco ♂ quia eſt iuxta ☍ ſolis.

DIE 4 FEBRUARIJ.

Hora 10 Veſpertina, ♂ a tertia inferiori ex tribus poſterioribus ♌, 4 gradibus præciſe. A media earundem trium 5^{g} 20′, ab has tres ſequenti verſus meridiem quæ quaſi quarta eſt, 5^{g} 35′.

[1] Cetera deſunt in codice. Adſcriptum eſt: »Sequebantur deductiones parallaxis ☾, præcipue latitudinis, ſcriptura intricata correctæ per epicyclum 2^{dum} et ſcrupula proportionalia, ex quibus tandem conſtituebatur latitudo ☾ viſa 5.26, at lat. ſtellæ 5.17½. Et apparebat id exaratum eße poſteriori tempore«.

DIE 15 FEBRUARIJ.

Hora 8 inter ☾æ limbum occidentalem et ſtellam in pedibus ♊ claram iuxta Ecclipticam quæ [κ][1] appellatur, erat diſtantia 3^g cum ſemiße, et ☾ non longe diſtabat a 90ſimo gradu Eccliptiçæ ab Horizonte, ſed fuit parum in quadrante occidentali, habuit autem fere eandem latitudinem cum ſtella, ſed paulo ſeptentrionaliorem quo ad viſum.

Inter 8 et nonam obſeruaui diſtantiam ♂ a quatuor ſtellis lucidis ♌ hoc pacto.


Inter ♂ et	caudam ♌	14^g	20′
	lucidam ex tribus poſterioribus	10	0
	lucidam ceruicis	10	50
	cor ♌	10	20

Lat. ♂ 3^g 50′ B., Longit. 3½, iuxta 4 ♍.

Nota. ♂ fuit 10 Februarij vel circiter in ☍ ☉, unde hæ obſeruationes poßunt eße vſui in motu eius reſtituendo. Alphonſinus calculus ponit ☍ ☉ et ♂ die 10, Prutenicus die 15, et facit tunc locum ♂ in Meridie in 6^g 0′ ♍, cum Alphonſinus habeat 29.56 ♌, differentia 6 gr. Die 10 Feb. ♂ Prut. 8.58, Alph. 2.5, Differentia 6 53.

FEBRUARIJ DIE 20

poſt occaſum ☉ fui Auguſtæ vna cum P. H. et H.[2], et in turri . . . [3] vt conſpicerem Ecclipſin ☾, ſed propter nubes videre non potui, igitur deſcendimus hora 7 et cœnavimus cum Henſchio, ad horam 10 reuerſus domum audiui a meis ſe vidiße quadrante ſcilicet ante octauam Lunam tunc acquiſiuiße, adeo ut tertia pars illuminationis circiter eßet illuſtrata ut hic vides

Hora 7 M. 50  Luna talis.

Ex tabulis Prutenicis ad longit 34 gr. noſtra ſupputatio.

Initium Ecclipſis	4H	18M	Semid. ☉	16′	35″	
Init. totius obſc.	5	28	☾	16	52	
Med. Ecclipſis	6	15½	Umbræ	45	45	
Finis totius obſc.	7	2½	Agg. S.	62	37	
Finis Ecclipſ.	8	13		9	55	B A.
Tempus incidentiæ	1	10½	Lat. ad med.	15	38	
Moræ dimidiæ	0	47	finem	21	20	
Mora tota	1	34½	☉ 11.23.16 ♓			
Dimidia duratio	1	58	☾ 11.23.16 ♍			
Tota duratio	3	55½				

Ex Ephemeridibus Leovitij, iuxta Alphonſinum calculum:

Initium Ecclipſis 6H 6M, Medium 7H 53M, Finis 9H 40M. Dimidia duratio 1H 47M, Digiti Eccliptici 14.28.

Iuxta ocularem obſeruationem:

Ex illa obſeruatione quia prius dixi, quod 10 circiter minut. ante octavam erat egreßa luna per tertiam diametri partem ad viſum. Initium 4H 37′ Medium 6H 35′ Finis 8H 33′

DIE 23 FEBRUARIJ.

Hora 9½ circiter inter ♂ et cor ♌ ſumpſi diſt. $7\frac{1}{2}^g$.

DIE 26 FEBRUARIJ.

Hora 8 P. M. obſeruaui diligenter ſtellam ♂ hoc pacto.

[1] Hæc litera poſtea inſerta eſt. Stella γ Geminorum eße videtur.
[2] Fratres Paulus et Johannes Baptiſta Hainzel.
[3] Nomen turris deeſt in codice.

Inter ♂ et cor ♌ 6g 30′. Inter ♂ et ſtellam poſt cor in ventre ♌ 4g 5′. A media ceruicis 7 25.

Ex his obſeruationibus in plano delineatis eſt locus ♂ ♌ 29 0, 3g 45′ Bor. vel 50. Et eſt bona obſeruatio. Confide huic.

Erat inſuper ♂ in linea recta ducta a corde ♌ per ♂ ſupra ſecundam ex tribus poſterioribus ♌ ſatis præciſe, ita tamen, vt ſi deberet [deuiare][1] in aliquam partem, erat ♂ a linea illa verſus meridiem in Eccliptica. Illa tamen deuiatio 5 minuta non potuit excedere, ſed potius his minor. — Iuxta calculum Pruten. locus ♂ 1g 13′ ♍ cum lat. 4g 16′. Anomaliam ♂ æqualem oportet eße cum calculo 3ſex 5g 5′, Prutenici habent 3ſex 3g 35′.

DIE 3 MARTIJ

obſeruaui rurſus Martem hoc pacto hora circiter 8 veſpertina.

Inter ♂ et ſtellam poſt cor in ventre ♌	4g30′
Inter cor ♌ et ♂	5 15
Inter ♂ et infimam ex tribus in ceruice ♌	5 55
	6 27[2]
Inter ♂ et ſupremam ex tribus poſterioribus ♌	12 35
Inter ♂ et mediam ex iisdem	11 10

Nota. ♂ nondum præciſe attigerat lineam rectam, quæ ducitur a media ceruice in ſtellulam poſt cor in ventre ♌, ſed valde parum diſtabat, idque intra 10 ad viſum minuta ſeſe . . .[3] Præterea ſi duceretur linea recta ab infima ex tribus anterioribus ♌ ad infimam ex 4 poſterioribus, Martis ſtella in ipſa linea propemodum ad unguem [conſtabat][4]. Si inſuper duceretur linea recta a ſtellula, quæ maxime eſt conſpicua in anterioribus pedibus ♌ per cor ♌, tunc ſtella Martis in 17 minutis hanc lineam excedebat verſus ſeptentrionem. Ex his colligo locum ♂ in 119¾ a prima ♈, ab æquinoctio in 27g 30′ ♌ cum latitudine 3g 35′ boreali vel ad ſummum 40 minutorum.

Eodem veſperi ſumpſi diſtantiam inter oculum Tauri Aldeboram et cornu boreale extremum commune cum pede Erichtonij et inueni eam 16g 55′. — Vera eſt 16 45.

Bernhardus Waltherus Norinbergenſis ante annos 84 earundem ſtellarum per radium aſtronomicum obſeruauit diſtantiam, ita videlicet: cum ſinus primus eßet 17 partium æqualium ſinus 2us eßet 556 et alibi 560. Vel ſi ſinus primus 180, ſecundus 593. Vnde colligitur diſtantia 16g 53′ inter has duas, ſed iuxta priorem 17 grad. præciſe. Vnde noſtra obſeruatio quaſi medium tenet, ſed propius accedit ad duas cohærentes[5].

DIE 4 MARTIJ.

Hora ut ſupra. Inter ♂ et ſtellam in latere 4g 37′. ♂ et cor ♌ 4g 57′. Inter ♂ et [infimam][6] ex tribus anterioribus ♌ 5g 45′. Inter ♂ et ſtellam ſecundam ac mediam in ceruice ♌ [6g 20′][6].

♂ erat præciſe in linea recta quæ ducitur a media ceruicis in illam quæ eſt in ventre poſt cor. Diſtantiam autem harum duarum fixarum ſumpſi 10g 58′.

[1] Sic in libro manu ſcripto Bartholini. Codex noſter A. habet lacunam.
[2] Sic in codice A. Certe numeri 6.27 ad aliam quandam menſuram pertinent, cfr. obſeruationes diei ſequentis.
[3] Hic ſcriba aliquid legere non potuit.
[4] Sic in libro manu ſcripto Bartholini. Codex noſter lacunam habet.
[5] De hac obſeruatione anni 1486 vide librum Snellii »Obſeruationes Haßiacæ«, fol. 32 verſo. Confer etiam annotationem Tychonis infra poſt diem 25 Martii.
[6] Sic in libro manu ſcripto Bartholini. Codex noſter lacunam habet. Vid. infra p. 34.

Deinde videbatur ♂ etiam in linea recta ducta a ſtellula infra cor ad paruulam, quæ eſt ante borealißimam ex tribus poſterioribus ♌.

Inſuper ducta linea recta ab infima ex tribus ceruicis in ſtellulam paruam ante quartam poſteriorum et infimam ♌ quæ eſt cum hac et ventre ♌ quaſi in vna linea recta, et borealißima ex tribus illis (nam . . .[1] noſtra hanc) in illa . . .[2] recta videbatur etiam ſtella ♂.

Die ſequenti erat parum prætergreßa ♂ ſtella hanc lineam.

DIE 5 MARTIJ.

Poſt nonam vsque in 10½. Inter ♂ et

ventrem	$4^{g}\,45'$	infimam ex tribus in ceruice	$5^{g}\,23'$
cor ♌	4 45	mediam ceruuicis	[6 5][3]

Has obſeruationes omnes ter feci et idem reperi; ſunt igitur admodum bonæ.

Præterea poſt 10½ horam obſeruaui ♄ hoc pacto. Inter ♄ et Spicam erant gradus 5 minuta 20[4] præciſe in ea linea recta quæ ducitur a ſtella in pede corui, quæ eſt infra caput verſus meridiem per Spicam ♍.

Inter ♄ et ſtellam tertiæ magnitudinis, quæ eſt iuxta genu ♍ in diſtantia $7^{g}10'$.

Inter ♄ et ſtellam quandam 4tæ vt puto magnitudinis iuxta pedes ♍, quæ eſt in linea recta ducta ab . . .[5] ala corui per Spicam erat diſtantia $8^{g}\,25'$ præciſe.

Inter ♄ inſuper et ſtellam quartam in ala ♍ tertiæ magn., quæ eſt iuxta cingulum, erat diſtantia $16^{g}\,10'$.

Omnes hæ obſeruationes etiam ſunt admodum bonæ. Finiui obſeruationes has quadrante horæ poſt 11 horam die 5 Martij. Vtere et his pro ☍ ♄ni inquirendo ad ☉.

MARTIJ DIE 8.

Erat ♂ in linea recta ducta a corde in ſupremam et lucidißimam ex tribus poſterioribus ♌, diſtabat autem a corde $4^{g}\,10'$.

DIE 16 MARTIJ.

Hora 10 pomerid. inter	♂ et . . .[6] ex tribus anterioribus ♌	$3^{g}\,40'$
	♂ et cor ♌	3 10
	♂ et mediam ex tribus anterioribus ♌	5 30.

DIE 18 MARTIJ

fuerunt hora 7 veſpertina circiter ♂ cor ♌[7] in vna linea recta quo ad viſum, parumque ad inuicem diſtabant, et cor erat in medio, diſtantias inſtrumento non ſumpſi.

Eodem die dimidia circiter hora poſt nonam fuit locus ☾ viſus in linea recta ducta a ceruice ♌ per cor ♌, diſtabat autem ☾ a corde verſus meridiem duobus diametris ſui corporis, quo ad viſum, qui fallit, nam per inſtrumentum aliter ſumpſi diſtantiam ἐν πλάτει a centro ☾ 2 graduum. ☾ autem non potuit tum magnam habere parallaxin longitudinis.

♂ eo veſperi non obſeruaui propter præſentiam ☾, quæ offuſcabat plurimum ſtellas illas ♌ iuxta quas ponebatur.

1 Lacuna in codice.
2 Verbum difficile lectu, an »nunquam«? Videtur lineis tenuibus inductum eße.
3 Sic in libro manu ſcripto Bartholini. Codex lacunam habet.
4 Sic in libro manu ſcripto Bartholini. Codex præbet minuta 50. Vid. infra p. 35.
5 »utraque« apud Bartholinum.
6 »infimam« apud Bartholinum.
7 Nomen alterius ſtellæ fixæ in codice omißum eſt.

DIE 22 MARTIJ.

Hora 9 poſt meridiem obſeruaui ♂ qui erat prope cor ♌ et infimam ex tribus hoc pacto.

Inter ♂ et cor ♌ 2^{g} 45′ Inter ♂ et mediam ceruicis 5^{g} 40′.

Plus diſtabat ab infima ceruicis quam a corde, ſed diſtantiam præciſe habere non potui. ♂ autem adhuc non attigerat lineam rectam, quæ ducitur a media ceruicis in cor retrogrediendo, ſed ſenſibiliter admodum ab ea remotus erat verſus ortum. Fuit autem per viſum circiter in linea recta ducta a lucidiore in capite ♌ per infimam ceruicis.

♄ et ☾. Quadrante horæ poſt nonam erat viſa ☾ a Saturno verſus ortum in eadem latitudine 1^{g} 35′ quo ad punctum proximum, ſed 1^{g} 50′ quo ad centrum. In contactu horæ decimæ diſtabat occidentalis ☾ a ♄ 1^{g} 55′. Igitur centrum 2g. et 10′, erat autem latitudo viſa ☾ tunc temporis per ſemidiametrum tantum ☾ ad viſum borealior ipſo ♄.

DIE 25 MARTIJ.

A hora 9 veſpertina in 11 ſequent. obſeruaui ♂ ab infima trium anteriorum ♌ G. 3 M. 5

Inter ♂ et cor ♌	2^{g} 35′
Inter ♂ et mediam ceruicis	5 40
Inter ♂ et ſtellulam poſt cor in ventre ♌	6 25

Ex iſtis locus ♂ in 24^{g} 16′ ♌ lat. 2^{g} 42′.

Potuit ♂ eo veſperi præciſe eße coniunctus cum ſtellula quæ eſt infra cor, ſtatim paulo vlterior, diſtabat autem a dicta ſtellula verſus ſeptentrionem 4^{g} 30′. Inter cor et eandem ſtellam duos gradus repperi.

♂ erat verſus ſeptentrionem vltra lineam rectam ductam a lucidiori et poſteriori infima in capite ♌, ac infima trium in ceruice, ſed admodum parum, ad ſummum vt puto 10 minut.

Videbatur autem corpus ♂ in linea recta ducta a ſuprema et maxime boreali ex tribus poſterioribus ♌ pedibus, et ſi obſeruanda erat aliqua ab ea linea deuiatio, erat ea verſus occaſum, ſed admodum parua, vtpote quæ 5 minuta attingere non potuit. Diſtabat autem ab hac in pedibus 9^{g} 10′.

Vidi inſuper quod linea recta ducta a lucida Hydræ[1] per cor ♌ relinquebat ♂ verſus ortum admodum parum, 10 vt puto minutorum ad ſummum.

Inter ♄ et Spicam erant gradus 4 Mta 50.

DE EXAMINATIONE ET CORRECTIONE INSTRUMENTI.

N. B. Superius die 3 Martij, quando ſumpſi diſtantiam inter Aldebor. et bor. cornu ♉ examinandi inſtrumenti cauſa, eamque inueni 16.53, quam putaui tunc recte ſe habere: eo quod Valteri Norinbergenſis in ijsdem per radium obſeruatio præberetur partium 16.53, partium 17.0. Id recte conſtare nequit. Nam vera intercapedo ſtellarum poſtea ſextante inquiſita eſt 16.45, minor $\frac{1}{8}$ vtraque. At in minoribus diſtantijs deſideratur aliquid ex obſeruatione per inſtrumentum quo tunc Auguſtæ vſus ſum. Nam collatione facta earum fixarum, quarum alias hic fit mentio, discrimen inueni ut ſequitur.

		Auguſtæ	Hic per Sext.
Inter	cor ♌ et med. ceruicis	10° 58′	11° 3′
	cor ♌ et inf. ceruicis	4 45	4 49
	capita ♊	4 25	4 31

[Hæc igitur in omnibus huius inſtrumenti obſeruationibus ſunt limitanda] [2]

[1] Codex noſter habet »Sydere« ſatis manifeſte, ſed »Hydræ« debet eße, ut apud Bartholinum.

[2] Hæc annotatio non eſt in codice ſed ſolum apud Bartholinum reperitur.

DIE 28 MARTIJ.

Hora nona veſpertina. Inter ♂ et

infimam ceruicis	3^g 10′	ſtellam [in ventre ♌][1]	6^g 15′
cor	2 30	mediam ceruicis	5 50

Ex his locus ♂ 24^g 18′, lat. 2.35 Boreal.

♂ paulo plus diſtabat a linea recta ducta a lucida Hydræ per cor verſus ortum quam prius: vnde apparet ipſum non amplius eße retrogradum ſed iam incepiße progredi, idque ante duos vel tres dies ad ſummum. Credo autem fuiße ſtationarium die 25 Martij aut ad ſummum die 26, cum tamen Stadij Ephemerides faciant ſtationarium die 28. Mutata igitur in his diebus 3 eſt longitudo ♂ in duobus min: lat. in 6.

DIE 31 MARTIJ.

Martem ſic obſeruaui hora 8 poſt meridiem.

Inter ♂ et cor	2^g 25′	Inter ♂ et ſtellam in ventre ♌ per cor	6^g 10′
Inter ♂ et infimam trium ceruicis	3 20		
Fixarum inter ſe	4 43	A media ceruicis in ♂	6 0

Hæ obſeruationes ſunt admodum bonæ.

Quando produxi a Marte per infimam trium ceruicis lineam rectam, tunc ea relinquebat infra ſe verſus Horizontem mediam trium[2] in capite per vnum circiter gradum ad ſummum. Linea recta ducta a lucida Hydræ per cor paulo plus relinquebat ♂ [verſus ortum vt prius][2].

Pro loco ♄^{ni}. Eodem veſperi hora 9[3] inter ♄ et ſtellam quæ eſt quinta in ala meridionali ♍ erat diſtantia 6^g 20′. Inter ♄ et Spicam 4^g 47′, idque in ea linea recta quæ eſt inter ſtellam humeri Bootis[4] (quæ prope coronam) et Spicam. Eſt autem hæc ſtellula quam dixi quinta in ala ♍ in linea quaſi recta ab anteriore trium[5] in boreali ala ♍, et quæ in medio ♍ iuxta cingulum, ſi autem ab eadem in medio corpore ♍, quæ iuxta cingulum apparet, per hanc ducatur linea, relinquit Spicam aliquo modo verſus ortum, ex hac ſcies ſtellam quam puto.

Inter ♄ et ſtellam 4 in ala ♍ meridionali quæ eſt iuxta cingulum, ſumpſi diſtantiam 14^g 15′. Hæc autem ſtella non dißimilem in ♄ habet latitudinem.

Hæ autem obſeruationes etiam in ♄ ſatis ſunt bonæ et diligentes, quibus confidere potes. Eſt autem in ☍ ☉: vnde in infima ſui epicycli parte ſeu perigæo, hæc ſtella eſt in 4^g 18′ ♎. Vnde locus ♄ eßet 18 33 ♎, habet enim latitudinem eandem cum ♄ quæ eſt 2^g 50′. Stadius habet 18^g 45′ cum lat. 2^g 5′, quod fere conuenit cum obſeruatione, nam in tanta diſtantia . . . certus eße nequit. Leovitius habet 18^g 52′, lat. 3^g 3′ quod plus diſtat ab obſeruatione.

(Pone hoc die propter correctionem et examinationem poſtea factam in diſtantijs inſtrumenti cum ſextantibus intercapedines ♄^{ni} a ſtellis hoc modo limitatas.

Inter ♄ et 5^{tam} in ala ♍ 6^g 25′
Spicam ♍ 4 52
4^{tam} in ala ♍ 14 10 Sed hæc vltima eſt dubia)[6].

[1] Sic apud Bartholinum, codex lacunam habet.
[2] Sic apud Bartholinum. Codex A lacunam habet.
[3] Nullus numerus in codice A. Tycho in codice Vindobonenſi anni 1584, ubi hanc obſervationem commemoravit, ſcripſit: »H. 9 (ſed pone inter 9 et 10)«. Cf. infra p. 319.
[4] »Bootis« in cod. Vindob., lacuna in codice A.
[5] »trium« in cod. Vindob., lacuna in codice A.
[6] Bartholinus adſcripſit: »Poſtea addita a T. B.«.

EXAMEN OBSERUATIONUM ANNI 1570.

Die 25 Martij	long. 24 16 ♌,	lat. 2 42 B.
Die 28 Martij	24 18 ♌,	2 35 B.
Die 31 Martij	24 25 ♌,	2 28 B.

Stationarius itaque erat ♂ die 26 in 24¼ ♌ præciſe, et propius non acceßit ad initium leonis ſed ſtatim incipiebat fieri directus.

Alphonſinus calculus habet, eum futurum Stationarium die 24 in 21^g 35′ ♌. Stadius ponit diem 28 pro initio progreßionis et locum ♂ in 25^g 25 ♌. Error eſt in motu Alphonſino 2^g 40′ minus iuſto, in Ephem: Stadij 1^g 10′ plus iuſto, ſtatum tempus inter vtrumque . . . . . .[1] totus eße die 27 quam 16 ſed incertus ſum propter tarditatem motus hiſce diebus.

DIE 5 MARTIJ 1570[2].

Inuenitur in globo magno ♄ locus ex ſtellis fixis quibus eo die obſeruatus eſt in hunc modum.

A 4 alæ ♍ et illa circa pedem, quæ vtrinque per Zodiacum ab eo diſpoſitæ fuerunt { longit. 20° 22′ / lat. 2 50 B

Facta denuo experimentatione ex obſeruatione ♄ a fixis ad diem 7 Aprilis, et diſtantijs eiusdem ab his tribus ubique minutis auctis, in globo Magno. Longitudine eius 17.54 ♎. lat: 2.49 B.

N. B. Diſtantiæ tribus illis minutis auctis ſatis bene ad vnum punctum concurrunt, ita vt nullius minuti differentia ſit. Incidit item locus ♄ fere in lineam ductam a Spica in Arcturum, qui apud obſeruationes annotatur. Verum quoniam hic locus . . . . . . videatur, nec non cæteris . . . . . . reconciliari, obſeruetur denuo . . . . . . alæ ♍ quæ longitudinem ſola conſtituit.

Præciſius. Examen ultimum ☍ ♄ cum ſimplici ☉ ex obſeruatione ultimi diei Martij a tribus ſtellis fixis. Ex diſtantia ♄ a Spica ♍ 4^g 49′ et a 5ta alæ ♍ 6^g 22′. Per triangularem ſupputationem, datis fixarum veris locis, quæ infra annotantur, pateſcit ♄ in H. 9¼

Longit.: 18 27⅓ ♎ Lat: 2 47½ B.

Eadem veſpera diſtantia ♄ a tertia alæ ♍ 14 15, Longit. ejus 4 9 0 ♎, Lat: 2 50 0 B. Long: ♄ ab hac ſtella ſeorſim 18 24 40.

Long. ♄ limitata 18 16 ♎, Latitudo 2 47½ B.

Fuit itaque ☍ ♄ cum ſimplici ☉ iuxta vltimam hanc loci ♄ limitationem[3],

Die 31 Martij H. 7 M. 0 fere in 18 26½ ♎ cum latitudine 2 47½, id quod cum reliquis animaduerſionibus iuxta earundem generalem motuum correctionem examinatis, ſatis appoſite congruit, vel parum abundat. Fuerit itaque ex antecedentibus longitudo ♄^{ni} iuxta ☍ ☉ 18 27, at linea recta in ſtella Bootis dabat 18 30, limitando itaque et medium horum capiendo erit verior locus ♄ tempore ☍ ☉ in 18 28½, quem retinebimus.

Calculus pro loco ♄ ex obſeruationibus Auguſtæ habitis Anno 1570 ultimo die Martij h. 9¼[4].

Diſtantia ♄ a Spica ♍ 4° 52′
Diſtantia ♄ a 5ta mer. alæ ♍ 6° 25′

[1] Hic eſt lacuna in codice. Sine dubio ſcriba archetypum legere non potuit. Bartholinus totum hunc calculum omittit.

[2] In margine adſcriptum eſt: »Manu Chriſtiani Severini Longimontani recentiore ſcriptura«.

[3] In margine adſcriptum eſt: »Manu Tychonis ſed recentius inſerta examini Longimontani«.

[4] In margine: »Manu Ch: Sev: Longimontani«.

Spicæ { longit. 17 49⅛ ♎ / lat: 1 59 M. 5tæ alæ ♍ { longit. 12° 10⅕ ♎ / latit: 1 45 B.

Ex his locis inveſtigatur locus apparens ♄ in modum ſequentem.



A polus Eccliptícæ C ♄nus
B 5ta alæ ♍ D Spica ♍

I. In Triangulo ABC dantur BA 88 15 } compl. latit. { 5tæ alæ
DA 91 59 } { Spicæ
BAD 5 38⅜ differentia longit.
Ergo datur BD 6° 46⅛ diſtantia ab inuicem.

II. In eodem triangulo ex datis tribus lateribus invenitur angulus ABD 123° 25′.

III. In triangulo BCD ex datis itidem tribus lateribus.
BC 6 22 } diſtantia 5tæ { ♄
BD 6 46⅛ } alæ a { Spica
CD 4 48 diſtantia ♄ a Spica. Pateſcit angulus CBD 43°18′.

IV. Subducto angulo CBD ab angulo ABD relinquitur angulus ABC 80° 7′.

V. In triangulo ABC ex duobus lateribus angulum datum ambientibus innoteſcit latus reliquum CA 87 9¾ compl: lat: ♄.

VI. In triangulo ABC ex datis denique tribus lateribus datur angulus BAC 6° 19′ 40″, addendus longitudini 5tæ alæ ♍ et ponitur
♄ Longit. 18° 30′ ♎, Latit. 2° 50¼ B.

Reſoluto iam calculo examinis ergo redeunt eædem ferme diſtantiæ ♄ni a Spica et 5ta alæ ♍ obſeruatæ.

[Latitudo debet eße ad ſummum 2 48½ Boreal.][1].

Deinde[2] in globo magno ducta linea recta a Spica in ſtellam dextri humeri Bootis, cujus fuit Longit. 26 50 ♎, Lat. 48 40 B. ex abaco ſtellarum, et ex ea diſtantia ♄ni a Spica ſubducta colligitur ♄ Longit. 18 31 ♎ Lat. 2 49 B. Quod cum priori ♄ loco fere convenit.

Denique eadem veſpera diſtabat tertia in mer. ala ♍ a ♄ 14° 15′ in eadem latitudine. Hujus longit. 4 9 0 ♎. latit. 2 49⅜ B. Addita igitur diſtantia ♄ huic longitudini provenit ἐν πλάτ. Longit. ♄ 18 26 ♎ [quod non multum diſcrepat ſed de diſtantia obſeruata non ſum ſatis certus. Si poneres diſtantiam 3æ in ala et ♄ 14 20 recte conveniret][3].

Supputatio pro invenienda ☍ ♄ni apparentis cum ſimplici ☉ ex primo ejus loco dato. H. 9 M. 15 Simplex ☉lis 18 32¼ ♈
Longit. ♄ 18 30 ♎

Differentia 2¼ cui tempus congruit M. 45 ſubtrah. in motibus 2 circiter. Ergo ☍ ♄ cum ſimplici ☉lis fuit Menſis Martij die 31 H. 8⅗ in 18° 30′ 35″ ♎ [Vide poſt vnum folium vbi hinc ex globo exactius limitavi tam quo ad longitudinem quam ad latitudinem. Noſtra præceſ. 27° 49′ 45″][4].

Ad tempus ☍ colliguntur ex tabulis Prutenicis[5].

1 In margine: »Manu Tychonis recentiori«.
2 In margine: »Longimontani«.
3 In margine adſcriptum eſt: »Manu Tychonis inſerta poſterius«.
4 In margine: »Manu Tychonis recentius addita«.
5 In margine: »Longimontani«.

Medij motus Simplicis ☉	5ˢ 50° 28′ 34″	Longit. ♄ a 1 ſtella ♈	2ˢ 50° 59′ 15″
Long. ♄	2 44 41 51	Præceſ. æqv.	27 47 30
Apogæi ♄	4 1 0 3	Longit. ♄	18 46 45 ♎
Communitale	3 5 46 43	Pro latitudine ♄ni	
Hinc pro vero loco ♄		Scrupula convenientia / Anom. Eccent. coæq.	56 10
Anomal. Eccentr.	4 43 41 47		
Æquatio Eccentri	6 13 53	Lat. 3 congruens / Anom. com. coæq.	3 2
Anom: Eccentri coæquat.	4 49 55 40		
Longit. coæq.	2 50 55 57	Pars ſcrupulis congruens	2 50 22 B.
Scrup. proport.	18 14	Ergo verus locus ♄ ex tab: Prut:	
Commut. coæq.	2 59 32 27	Long:	18° 46¾′ ♎
Parallaxis orbis	3 10	Lat:	2 50⅛ B.
Exceßus	26	Verus locus ex Alphonſ. calculo	
Pars congruens ad s pp	8	Longit.	18° 52′ ♎
Parallaxis abſoluta	3 18	Lat.	3 3 B.

[Diſt: ♄ verſus polum 4.52, ablatis 1.59, reſtat 2.50. N.B. ♄ iuxta maximam latitud. Boream, quæ erat poſita, limitatur diſtantia a Spica ♍ p. 4 M. 50, ad ſummum p. 4 M. 47 vel 4.48, quod in noſtris ratiocinijs ſatis quadrat.][1].

Anno[2] 1593 6 Maij Veſperi obſeruabamus diſtantiam inter infimam cervicis ♌ et cor ♌ per ſextantem I 4° 46′⅝
II 4 46½
III 4 46

Poterit igitur ad ſummum eße diſtantia harum ſtellarum 4°47′ 0.

Hinc[3] colligo quod obſeruata diſtantia ♄ et Spicæ die 31 Martij cum eßet in ☍ medij loci ☉, quæ erat per inſtrumentum p. 4 M. 47 augeri debeat ſaltem 2 min. ut ſit 4.49. Nam cordis ♌ et infimæ ceruicis eodem veſpere capiebatur 4° 45′ quam inveni (ut modo patet) per ſextantem maiorem vt ſic probabiliter recte limitata ſit ipſa diſtantia, ex ducta autem linea a Spica per ♄ in dextrum humerum Bootis prope coronam poſitum, feci autem in globo noſtro magno ſex pedum .... experientia mechanica quam diligentißime, et proueniebat ♄ longitudo et latitudo exacte | long. 18° 30½ᵐ ♎ lat: 2 47½ B vt hic annotatum eſt, quibus potes tuto te fundare augendo vel minuendo ſingula ſaltem ½ minuto ad ſummum prout opus fuerit, in longitudinis et latitudinis ad cœteras obſeruationes applicatione. Erat autem ♄ iuxta limitem maximæ latitudinis boreæ, vnde colligo latitudinem ejus boream nunquam excedere 2ᵖ 48′, et ſi auſtrina ponatur 2 50 atque nodus vterque ♎ ♈ 20 30 Latitudines eius ... digeſtæ ....[4] correſpondebunt apparentijs.

Erat autem ſtellæ Bootis locus ex noſtra reſtitutione tunc qua hic vſi ſumus long. 27 3 ♎, lat. 49 1.

DIE 7 APRILIS[5]

ab 8 in decimam veſpertinam hæc obſeruaui.

Inter ♂ et infimam trium in cervice	4ᵍ 5′
Inter ♂ et cor ♌	2 30
Inter ♂ et ſtellulam ....[6] cor in ventre ♌	5 25:
Inter ♄ et Spicam	4 45
Inter ♄ et 5ᵗᵃᵐ in ala ♍ S	5¾
A ſtella quæ eſt in veſtibus iuxta genua ♍	6 5 eſt autem ea in

1 In margine: Manu Tychonis inſerta poſterius.
2 In margine adſcriptum eſt: »Hæc quoque interiecta tempore multo poſteriori manu Chr: Severini, ut ſervirent obſervationi præſenti ♄ examinandæ«.
3 Supra hanc lineam ſcriptum eſt: »Hæc iterum manu Tychonis recentiori«.
4 An aliqua verba hic deſint?
5 Supra hanc lineam ſcriptum eſt: »Ab hinc reditur ad continuationem obſervationum, manu Tychonis«.
6 Sine dubio hic cum Bartholino legendum »poſt«.

linea recta ducta a Borealißima 4 in capite per eam quæ maxime apparet juxta cingulum. ♄ nondum attigit lineam rectam ductam a Spica in arcturum, ſed tamen longe diſtabat.

DIE 26 APRILIS

9 Veſp. inter ♂ et cor ♌ 5⅞. Inter ♂ et mediam cervicis 9g 5′, proveniet rectificata long. 29.25 ♌, lat. 1 56.

Videbatur autem ♂ in parallelogrammo cum corde ♌ et ſtella infra cor et eam quæ in ventre ſcilicet hac ratione: fuit enim tanta diſtantia quo ad viſum inter ♂ et illam quæ eſt in ventre, quanta eſt inter cor ♌ et ſtellam infra cor præciſe quo ad viſum. Videbatur etiam inter ♂ et . . . æqualis diſtantia cum ea quæ eſt inter duas illas parvulas pro hoc noſtro tam præciſe maiorem diſtantiam. Inſuper in ea linea recta quæ ducitur a ſtella lucidiore Hydræ poſt pedem corvi et Spicam ♍ erat ♄ ſtella diſtans a Spica 4g 50′. Habet illa ſtella in Hydra vt dixi verſus ortum aliam ſtellam parvulam magnitudinis minoris quam iſta. Ex his colligitur longitudo ♂ 29⅓g ♌, lat: 1g et 50′ Boreal.

♂

ſtella in ventre ♌

Stella infra cor ♌

[Sed poſtquam reſtitui loca fixarum pro noſtra obſeruatione ex triangulorum ſupputatione prouenit ♂ long. 29.25 ♌, lat: 1 56 B][1].

Habet autem ♂ locum calculus Alphonſ. 27.31 ♌ 1 33 B
Pruten. 0 13 ♍ 2 0
2 42

N.B. de die 7 Aprilis[2]. Retentis ijsdem diſtantijs et nihil limitatis quæ iſtic ponuntur, inveniebatur ♄ locus tripliciter hoc modo.

a Spica et 5ta alæ	17°53′	2°47′½
a Spica et ea in veſt.	17 52½	2 49½
a 5 alæ et ea in veſt.	17 48	2 47½

Si igitur aßumpſerimus longit. et lat: hoc modo inſenſibiliter aberrabimus, die 7 April. Long. 17.50 ♎, Lat. 2 49. Ergo die 31 Martij quando ☍ cum Sole fuit, erat longitudo ♄ni 18 25 ♎, lat: 2 49.

N.B. Si augeantur loca per 2 minuta ob ♄ni a ſtellis paulo maiorem, quam inſtrumentum dedit, intercapedinem et retentis duobus prioribus . . . in vnum conſpirantibus, fuerit ipſius longitudo tunc ad minimum p. 17 M. 54, limitate omnia conſiderando, quibus ſi adiecerimus motum ſeptidui qui eſt 35 minutorum prouenit longitudo ♄ni in p. 18 M. 29 ♎, atque hæc eſt maxime veriſimilis, concordat enim cum linea recta in ſtella Bootis tunc ducta, et etiam cum linea die 7 ab Arcturo in Spica per ♄ quaſi.

Sequuntur obſeruationes ♂ a præſcriptis fixis, hinc inde deducta eius apparentia loca, qua præciſione ea in globo Magno haberi poterant, ad ſingula obſeruationum tempora.

DIE 14 JANUARIJ, INTER 10 ET 11 HORAM P. M.

Diſtantia ♂ a corde ♌	19°45′
Item a tertia alæ ♍ Merid.	20°52′
Diſtantia ♂ a cauda ♌	8°30′
Diſtantia ♂ ab auſtrali clunis ♌	8°12′

♂ { Longitudo 13°22 ♍ / Latitudo 4 1 B } a corde ♌ et tertia in ala ♍.

Cum hoc ♂ loco ſuppoſito, concordat diſtantia a cauda ♌, vnico excepto minuto, quo iuſto euadit anguſtior. Auſtralis vero clunis ♌ obſeruata diſtantia deficit in 4 minutis.

[1] In margine adſcriptum eſt: »Recentiora«.

[2] Additum eſt: »Poſterius addita, manu etiam Tychonis«

DIE 15 FEBR.,
INTER H. 8 ET 9 VESPERI.

Diſtantia ♂ a cauda ♌		14ᵖ 20′	
Diſtantia ♂ a lucida cer.		10 50	
Diſtantia ♂ a corde ♌		10 20	
♂ Longit.	3 33 ♍		a corde et cauda ♌
Lat.	4 5 B		
♂ Long.	3 24 ♍		a cauda ♌ et lucid. ceruicis
Lat.	4 13 B		
♂ Long.	3 27 ♍		a corde ♌ et lucida ceruicis
Latit.	4 19 B		

Limitatis hiſce locis ponitur

♂ Longit.	3 27¾ ♍
Lat.	4 12½ B

Animaduerti hic in globo quod ſi ad maximum 4 minuta ſingulæ diſtantiæ addita fuißent in unum punctum ad conſtituendum locum ♂ coincidißent.

DIE 26 FEB., H. 8.

1. Inter ♂ et cor ♌	6°30′
2. Inter ♂ et ſtellam in ventre ♌	4° 5′
3 A media ceruicis	7 25
Longit.	29 18 ♌
Latitudo	4 4 B.

Addidata ⅛ vnius minuti ad ſingula diſtantia præciſe hic coincideret.

DIE 4 MARTIJ.

Diſtantia ♂ a ventre ♌		4°37′	
A corde ♌		4 57	
Ab infima ceruicis		5 45	
A lucida ceruicis		6 20	
♂ Longit.	27° 32 ♌		a ſtella in ventre ♌ et corde
Latitudo	3 47 B.		

Cum hoc ſuppoſito loco, infima in ceruice ♌ omnino conſentit, diſcrepat autem lucida ceruicis ♌ ab his in 4 minutis. Quadrat etiam hic locus ♂ præciſe ad lineam rectam cum lucida ceruicis et ventris ♌ prout in obſeruationibus fit mentio.

DIE 25 MARTIJ H. 10.

♂ ab infima trium anteriorum ♌		3° 5′	
♂ a corde ♌		2 35	
♂ a media ceruicis		5 40	
♂ a ventre ♌		6 25	
♂ Longit.	24 22 ♌		ab infima ceruicis et corde ♌
Lat.	3 0 B.		

Deficit lucida ceruicis in diſtantia ab hoc præſcripto loco ♂ 5′, quæ vero in ventre ab eodem 6 m.

Nota[1]. A 5 Martij vsque in 31 retroceßit ♄ juxta vtrumque calculum tam Alphonſinum quam Prutenicum 1 59′ fere duobus gradibus, ergo ſi die 5 Martij fuit in 19 57 ♎, fuit vltima die in 17 58, quod cum obſeruatione eo die facta non ſatis quadrat.

Si proportionaliter accipiamus a die 5 Martij in 7 Aprilis eſt motus obſeruatus 2ᵖ⅛ interuallo 33 dierum, competunt igitur 7 diebus Minuta 28, quibus additis ad obſeruationem diej 7 caderet longit. ♄ die 31 Martij, 18 14 ♎.

Obſeruationes[2] ♄ ab ijsdem præſuppoſitis fixis ſtellis idque cum circa ☍ ☉ˡⁱˢ fuerit, cuius apparentia loca eodem modo in globo ex his inueſtigantur, et pro corrigendo inſtrumento explorantur.

DIE 5 MARTIJ HORA 11.

Inter ♄ et Spicam ♍	5°20′
Inter ♄ et vmbilicum ♍	7 10
Inter ♄ et auſtralem pedem ♍	8 25
Inter ♄ et tertiam auſtralis alæ ♍	16 10

Ex his ponitur limitate

Longitudo	19 57 ♎
Latitudo	3 2 B

Hic diſtantiæ ſingulæ deficiunt in 4 Minut., quæ ſi addita fuerint in eundem, ut maxime, punctum coirent.

[1] In margine adſcriptum: »Manu Tychonis ſed poſterius interpoſita correctionibus Longimontani«.
[2] In margine adſcriptum: »Manu rurſum Chr. S. Longimontani«.

DIE 7 APRILIS INTER 9 ET 10 H.

Inter ♄ et Spicam	4°45′
Item a 5ta alæ ♍	5 45
Ab vmbilico ♍	6 5

Ex his in tribus minutis tantum limitatis quibus diſtantiæ arctiores iuſtis ſunt, ponitur

Longit.	17 46 ♎
Lat.	2 50 B.

N. B.[1] A die 31 Martij in 7 Aprilis per dies 7 completos, mota eſt ♄ ſtella retrog. 35′, ergo die 31 fuit in 18.21 ♎, quia long. ♄ fere coincidit cum longitudine Spicæ quæ tunc erat in 17.50′ ♎: diſtantia erit ſaltem a parte latitudinis a Spica. Ergo ſi auferantur 2 Minuta prouenit 4.47 propter inſtrumentum, hinc ſublata Spicæ latitudo 1.59, prouenit lat. ♄ 2.48 verior.

Diſtantiæ[2] quarundam ſtellarum per prædictum inſtrumentum Auguſtæ obſeruatarum, quæ nunc in globo magno explorantur.

Diſtantia obſeruata Auguſtæ. Inter cor ♌ et infimam cervicis	4.45
Diſtantia earundem ex globo, ad minimum	4.50[3]
Diſtantia obſeruata Auguſtæ, inter Auſtral. clunis ♌ et caudam ejusdem	8.25
Diſtantia ex globo	8.26
Diſtantia obſeruata Auguſtæ, inter lucidam ceruicis et illam in ventre ♌	9.58
Diſtantia in globo, præciſe	10. 0

DIE 1 APRILIS.

Altitudo ⊙ in meridie Chekkingæ[4] 49 57.

DIE 8 APRILIS.

Altitudo ⊙ in meridie Chekkingæ 52 13. Locus ⊙ 27½ ♈, declinatio 10.36, Eleuatio æquat. 41g 37, ergo poli eleuatio 48 23, Eleuatio poli Auguſtæ 48g 13′.

DIE 16 APRILIS.

Altitudo ⊙ Gekkingæ 55 6, declinatio 13.18.

DIE 18 APRILIS.

Altitudo ⊙ meridiana 55 45, adhibita paralaxi ⊙, locus ⊙ 7g 13′ ♉, Declin. ⊙ 13.57.

DIE 20 APRILIS.

Altitudo ⊙ meridiana Gechingæ adhibita paralaxi 56g 31, locus ⊙ ex Stad. Ephem. 9⅛ ♉. Declinatio 14 35. Eleuatio Æquatoris 41 56, vnde in vrbe 41 54 et eleuatio poli 48g 6′.

DIE 26

fuit altitudo ⊙ vera, reſpectu centri terræ 58.22, locus ⊙ ex Stad. Ephem. in 14 58 0, igitur declinatio ⊙ 16.22 ſep. eßet itaque in 42.1, poli 47.[59], in urbe 48.2.

DIE 1 MAIJ[5].

Altitudo primæ circumferentiæ ⊙ 59g 50′ centri vero 59 34, paralax additur... vt ſit vera altitudo centri ⊙ Gekkingæ 59g 35′, bona obſeruatio.

[1] In margine adſcriptum: »Hæc manu Tychonis Longimontani correctionibus erant interpoſita«.
[2] In margine: »Manus iterum Longimontani«.
[3] In margine: »Caracter hic duplici linea erat cancellatus«.
[4] Id eſt in pago qui germanice vocatur Göggingen, cuius latitudo eſt 48° 20′ 28″. Hic Paulus Hainzelius et Tycho paulo ante hoc tempus quadrantem magnum quatuordecim cubitorum conſtruxerant, per quem ſequentes obſervationes factæ ſunt.
[5] Supra hoc ſcriptum eſt: »Obſervationes per △«.

Gnomon 12 0 vmbra 6 57 ⊙19¾[1], Declin. 17 44. Alt. æquat. 41 51, poli 48 9, in vmb. 48 10.

Eodem die, vz. 1 Maij hora 9⅙ P. M. cum ſtella polaris eßet in Meridiano infra polum, ſumpſi eius diſtantiam ab Horizonte minimam 45^g 23. Paulo ante X^{am} repperi ſtellulam quæ infra polarem erat verſus Horizontem quæ... eſt iuxta caudam vrſæ minoris (quæ etiam in meridiano vel prope) altitudinem minimam 42 17. Si vero ab hac per polarem duceretur linea recta, erit alia etiam iuxta Meridiem (poſt decimam) vel paulo vlterius progreßa, verſus...... habet altitudinem maximam ab horizonte 52^g 34. Diſtaret ſtella polaris iuxta meam obſeruationem a polo 2^g¾ vel ad ſummum 2^g 50 minut. Huic confide vltimo potius[2].

DIE 3 MAIJ.

Altitudo ⊙ vera absque parallaxi $60^g 6'$ pro centro, confide huic obſeruationi
facit 60.12 centri Gnomon 12 0 Vmbra 6 48
⊙ 21¾ ♉ 18¼ Bor: æq. el. eßet $41^g 51'$, Poli igitur 48.9, vnde in vrbe 48 10.

DIE 10 MAIJ.

Suprema ⊙ circumferentia habebat $62^g 3'$ cum paralaxi. Igitur centrum absque paralaxi habuit $61^g 48'$, facit $62^g 4'$. Gnomon 12 0 vmbra 5 22, ⊙ 28½ ♉, Declin. $19^g 53'$. Altit. æquat. 41 45, vnde poli 48 15.

DIE 3 PENTECOSTES QUI FUIT 16 MAIJ.

Præſente H.[3] obſeruavi ſupremæ circumferentiæ ⊙ altitud. $63^g 7'$. Centrum igitur absque paralaxi habuit $62^g 52'$. Gnomon 12 0. Vmbra 65 3½ facit 63 13. Long. ⊙ 4¼ ♊, declin. $21^g 3'$ B[4].

DIE 30 MENSIS DECEMBRIS 1570

in patria Helſingburgi, ⅓ hora quaſi poſt occaſum ⊙ vidi quod ☾ limbi illuminati extremitate diſtabat a ♃ per duplicem diametrum ſui corporis, habebatque eandem præciſe cum ♃ latitudinem viſam.

[1] Scilicet Tauri.

[2] In epiſtola menſe Auguſto anni 1598 ad Joſephum Scaligerum ſcripta Tycho de diſtantia ſtellæ polaris a polo loquens hæc addit: »quam ante annos 25 præciſe tribus gradibus ab eodem remoueri, Auguſtæ Vindelicorum per quadrantem 14 cubitorum in ſuo radio, illic a nobis exſtructum deprehenſum eſt«.

[3] Id eſt, Hainzelio.

[4] Hic ſequitur in codice »Anno 1570, Examinatio obſervationis ☾ factæ die 16. Jan. juxta ♂ cum Aldebora«; in margine adſcriptum eſt: »Manu Chr. Sev. Longimontani poſterius inſerta«. Tum vero: »Aſc. Recta cordis ♌ 146° 20′, Decl. 14° 2′, altitudo ejus a refractione libera cum Aldebora paulo tantum emerſißet ab occid. ☾ 9.20. Reſp. in tempore 7^H 3^m«. Nihil amplius.

ANNO 1573[1].

DIE PENTECOSTES 10 MAIJ.

Inter flexuram Caßiopeæ et nouam ſtellam	5^g	8′	5	0
Inter ſupremam cathedræ et nouam ſtellam	5	28	5	20
Inter Schedir et nouam ſtellam	8	5	7	52

Confide his obſervationibus ſubtracta tamen inſtrumenti parallaxi (5 gradus habent paralaxin 8 minutorum, 8 gradus habent 13).

DIE 14 AUGUSTI.

Cum ♃ fere in longitudine iungebatur oculo ♉ fuit diſtantia eorum 4^p 35′.

Inter nouam ſtellam et polarem 25^p 9′.

Oculus[2] ♉ habet latitudinem 5^g 18′ vel potius 5^g et 17^m meridionalem, de hoc non dubita, nam bis obſeruaui congreßum ☾ cum ſtella illa iuxta 90 gradum Ecclipticæ, cum ☾ . . .[3] in longitudine, ſed ſolum in latitudine habebat paralaxin, et habita ratione paralaxis ☾ in latitudine inveni latitudinem ſtellæ iuxta 17 minut., alio tempore iuxta 18 et ſic accipio medium inter vtrumque 16 videlicet minutum.

Nota.[4] Ego latitudinem eius aliam inveni poſtea 5.30, idque propter ignoratam ☾ latitudinem maximam quæ potius eſt p. $5\frac{1}{4}$.

DIE 8 DECEMBRIS, ECLIPSIS LUNÆ[5].

Hanc ego Eclipſin in Curia mea Knusdorpiana diligenter obſeruaui. Erat enim cœlum ſatis ſerenum. Aderat vero tunc dilecta mihi ſoror Sophia Brahe, tunc temporis virgo annorum circiter 14, quæ, cum naturâ talibus delectaretur, libenter attendebat, & ea quæ poterat ſubminiſtrabat. Deprehendi vero per Quadrantem quendam Orichalchicum inauratum, qui ſingula quina minuta ſatis expedite indicabat, ☾ ^{nam} apparenter vmbram fuiße ingreßam, & aliquantulâ parte delituiße, cum caput inferioris Gemini eleuaretur partibus $14\frac{1}{2}$, adeo vt vix 14° Horizonte exſtiterit illa ſtella, in ipſißimo deliquij principio. Noſtra indicatio ſuperius expoſita[6] eiusdem ſtellæ ſublimitatem tunc futuram prædicit 13°. Quod etiam quamminimum ab obſeruatione differt.

In initio totalis ingreßus obſeruaui eandem ſtellam attolli p. $22\frac{3}{8}$. Aßignatio præindicata noſtra hac in parte habet gr. $21\frac{1}{2}$. Quod etiam permodicum differt. In principio egreßus & eluctationis ab vmbrâ, Canis minor obſeruabatur eleuari p. $17\frac{5}{6}$. Præcedens autem indicatio 17° habet, quod vix ſenſibiliter diſcrepat. Iuxta vltimum finem totius Eclipſis nullas ſtellas obſeruare licuit, nam ab eo tempore, quando media circiter ☾ egreßa erat terræ vmbram, vsque in finem totalem, & vlterius, rariuſculæ nubes cœlum obduxerant, ita vt ſola ☾, nec tamen ſemper ſatis diſcrete appareret, quando autem ſuprema eius circumferentia eleuabatur 50°25′, totum lumen recuperaße viſa eſt, quantum per nubeculas illas raras diſcernere licuit. Non tamen ſatis accurata & commoda fuit hæc vltima conſideratio, partim quia ☾ nubeculis, vti dictum, obnoxia erat,

[1] Annorum 1571 et 1572 nullæ ſunt obſeruationes in codice, tametſi Tycho per hiemem 1572—73 ſtellam novam ab eo die 11 Novembris primum conſpectam ſæpißime obſervavit.

[2] In margine adſcriptum eſt »Hæc erant inducta lineis«.

[3] Hic oportet legere »nullam«.

[4] In margine »Hæc poſterius acceßere«.

[5] E codice Vindobonenſi latino 10686 [17]. In codice obſeruationum huius eclipſis obſervatio non reperitur. Cfr. vol. I p. 131 noſtræ editionis.

[6] In libro de nova ſtella, Vol. I p. 56.

partim quia Meridiano magis magisque appropinquaret, & ob id altitudinem non admodum ſenſibiliter pauco tempore mutaret. Cœteræ antedictæ animadverſiones ſatis bene ſe habent. Ex quibus etiam liquido conſtat, tempora huius deliquij, ex noſtrâ tunc aßignata verificatione, convenienter ſe habere. Nam quod altitudines fixarum obſeruatæ a prius annotatis circiter vno gradu abundent, tolerabile eſt. Quatuor enim vel quinque ſaltem minutis temporis momenta deliquij ſic prolongari poßunt, & tantundem etiam Knudſtorpium Haffniâ Regni Metropoli, vel potius loco longitudinis aßumptæ eſt Orientalior, ita vt maior ferme præciſio requiri non debeat. Et ipſemet ſatis mirari non poßum, quomodo in illa juvenili ætate, annum ſaltem agens 26, nec ſatis copioſis accuratisque in motu Luminarium obſeruationibus antea fulcitus, ſcopum ipſum adeo præciſe collineare potuerim. Equidem hic nihil affingo aut muto, ſed animaduerſiones cœlitus factas ingenue refero, prout liber ille, in quo eius anni obſeruationes conſignatæ ſunt, exhibet, & adhuc charta in promtu eſt, in qua tunc, præſente dicta ſorore, & lumen in laternulâ, quando opus erat, adhibente, conſcribebantur[1].

Notandum vero, quod ſuperius,[2] dum loca ☉ & ☾ ex propria conſtitutione ad medium deliquij aßignarem, me quidem illa in 26°40′ ♐ & ♊ locaße, ſive quod tunc de majori præciſione dubius eßem, ſive aliquo alio minutulo errore, vel meo calculo vel ſcriptori, aut etiam typographo ſubrepente. At nunc, dum ad rectius examinata reſtitutaque ſubſequentibus annis Luminarium curricula hæc ipſa examino, loca eorundem ſexta gradus parte proroganda invenio, & nihilominus tempora obſeruationibus ex noſtrâ reſtitutione & calculo redintegrato apte convenient, quemadmodum ex appendice capitis primi, vbi de ☾ motu agitur, in tomo anteriore Progymnasmatum noſtrorum Aſtronomiæ inſtaurandæ comperire licet.

*Quod[3] hæc eclipſis, cuius Medium apparens obſeruavj exquiſite Knudsdorpij H. 8 M. 18, poſito loco Solis ex obſeruatione Neoterica noſtra tunc in 26 51 ♐. concordet cum noſtra Motuum reſtitutione vltima in Luminaribus vbi etiam ☾ * Motuj propter æquinoctiorum citiorem motum adduntur 13′, patet, quia tunc cum iuxta Prutenicum calculum eßet medium eclipſis, fuit ☾ in 26.42 ♊ itaque 9 minuta deficiebat, quæ efficiunt minuta 17, igitur conſiderato quod medium eclipſis iuxta Prutenicum calculum in vera longitudine quæ eſt 37.0 vt poſtea deprehendi fit hora 8 M. 0, ideoque eclipſis huius vera apparitio in medio obſcurationis prouenit H. 8 M. 17, quod ſatis exquiſite reſpondet obſeruationj.*

1 Nec liber nec charta nunc ſupereſt.
2 Scilicet in libro de nova ſtella, T. I p. 55.
3 Annotatio in calculum eclipſis (T. I p. 52) in codice Vindob. 10932, ff 57v et 58r, manu Tychonis ſcripta.

OBSERUATIONES ANNI 1574.

HERISVADI POLUS 56 0[1].

Martij			
Die 9	In meridie fuit altitudo ☉	33ᵍ21ᵐ	
13	fuit eiusdem altitudo	35 0	
15	eleuabatur	35 47	
16	eleuabatur	36 12	
20	Altitudo ☉	37 45	
29	Altit. ☉	41 10	
31	☉ alt.	41 55	

Cumque altitudo Heriſvadi ſit exquiſite 56ᵍ 0ᵐ fuit locus ☉

Die 9	in 20ᵍ20ᵐ	♓
13	2 30	♈
15	4 30	♈
16	5 29	♈

DIE 20 MARTIJ.

Hora 9 veſpertina. Pro latitudine ♀ verificanda.

Cum cor ♌ eßet in cœli medio, vidi quod ♀ partiliter coniungeretur pleiadibus adeo vt pleiades ob illius præſentiam cerni non poßent, niſi quod illa quæ inter pleiades maxime erat orientalis diſtabat a ♀ verſus orientem in ea linea quæ ducitur in lucidam humeri Orionis ad diametrum fere ☾.

Nullæ ex tabulis tantam præbent ♀ latitudinem.

Latitud. Alphonſina	3.8
Copernicea	3.15
Obſeruatio dedit latit.	4.0

DIE 17 APRILIS.

Hora 8½ veſperi aperte et clare vidi ſtellam ☿ diſtantem quo ad viſum a ♃ partibus 16, a ♀ 14½ en plati, nullum enim habui inſtrumentum ad manus præter quadrantem.

DIE 19 APRILIS.

Cum cauda ♌ eßet in medio cœli iterum vidi ☿ diſtantem ab Horizonte ſic vt ♀ et ♃ diſtabant in ea linea quæ ducebatur per ♀ in cubitum alterum Erichtonij, vbi non ſunt hædi et per ♃ in 2ᵈᵃᵐ ſtellam lucidam in pedibus inferioribus ♊.

DIE 20 APRILIS

hanc obſeruaui diſtantiam ♃ et ♀ 6ᵍ 20ᵐ.
☿ a ♀ 7ᵍ 50ᵐ idque cum eleuaretur fere 3°.

DIE 21 APRILIS.

Inter ♃ et ☿	9ᵍ50ᵐ
Inter ♀ et ☿	6 20
Inter ♃ et cornu ♉ commune cum pede Erichtonij	9 12
Ab altero pede Erichtonij ♃	11 20
Inter ♀ et priorem pedem	7 0
Inter ♀ et cornu ♉ commune cum pede Erichtonij	10 18
♃ et ♀ ἐν πλάτει	6 10

Hic oportet vbique ſubtrahere paralaxin inſtrumenti.

DIE 22 APRILIS.

Inter ♀ et ☿ 4ᵍ 45ᵐ, inter ♀ et ♃ 6ᵍ 20ᵐ, adhibita paralaxi et ſubtracta.

[1] In Progymn. p. 351 latitudo Heriſvadi dicitur eße = 55° 58′

DIE 24 APRILIS, HAFNIÆ.

Hæc diligentur obſeruaui hora 9½ veſperi.

Inter ♀ et ☿	$2^g 20^m$	Inter ♃ et cornu ♉ commune cum pede Erichtonij	$8^g 30^m$
Inter ♃ et ☿	6 18	Inter ♃ et alterum pedem Erichtonij	10 47
Inter ♃ et ♀	6 47	Inter ♀ et prædictum cornu ♉	10 43

Atque hæc omnia ſatis exquiſite, ſubtracta inſtrumenti paralaxi.

Eodem die 24 Apr. cum hora pulſaret præciſe 9 cum ¼, videbatur ☾ cum illa ſtella quæ eſt in genu ſuperioris ♊ tertiæ magnitudinis per vtraque extrema cornua in eadem linea recta, vnde tunc temporis quo ad longitudinem viſam exquiſite iungebatur ſtellæ illi, diſtans tamen a ſtella verſus meridiem exquiſite ad quantitatem ſui diametri. Obſeruaui Hafniæ.

DIE 27 APRILIS.

Vidimus ☿ inter ♃ et ♀ æqualiter ab vtroque diſtantem, ſed parum fuit egresſus lineam illam verſus meridiem ad diametrum circiter corporis lunaris, idque circa horam 9 veſpertinam.

DIE 18 MAIJ

obſeruaui altitudinem ☉ meridianam 55^g 22 exquiſite, vel ad ſummum 23 minutorum.

DIE 19 MAIJ

fuit altitudo ☉ meridiana $55^g 33^m$. Neſcio an Hafniæ vel ... Potes facere periculum.

Poſtſcripta. Ex noſtra neoterica reſtitutione fuit locus ſolis in meridie die 18 Maij in p. 6 M. 29⅓ ♊ et declinatio eius vera p. 21 M. 28, aßeruatur vero altitudo obſeruata p. 55 M. 22½, hinc addatur paralax. ☉, quæ eße poterat M. 1½ prox., vt ſit vera altit. p. 55 M. 24 a qua ſi aufferatur declinatio, provenit altitudo æquatoris in loco obſeruationis p. 33 M. 56. Ideoque poli alt. p. 56 M. 4, vel ſi diem ſequentem reſpiciamus ad 56 M. 3, puto itaque hanc obſeruationem Heriſvadi factam, nam Hafniæ vel Lundij eße non poterat.

[OBSERUATIONES ANNI 1576].

DIE 22 FEBRUARIJ[1].

Exiſtente in medio cœli vltima in capite Hydræ quæ eſt verſus ortum et ſola iuxta collum apparebat viſibilis coniunctio ☾ et ♂ admodum partilis adeo vt ☾ inferiori et meridionaliori cornu fere attingeret corpus ♂ diſtans ſaltem ab eo parte ſexta ſui diametri, accipiendo diſtantiam hanc ab inferioris cornu limbo. Erat autem circa idem tempus per obſeruationem altitudo lucidißimæ in pede Orionis 11 Grad. cum $\frac{1}{3}$. Infimus vero ☾ limbus circa quem ♂ conſpiciebatur eleuari viſus eſt $10\frac{5}{8}$, hora erat tunc $9\frac{1}{2}$.

Obſeruatio hæc facta eſt Huenæ.

1576 DIE 22 OCTOBRIS[2].

Hora circiter 9 poſt meridiem vidi quod ♂ admodum propinquus eßet ſupremæ ſtellæ in cauda capricorni (quæ eſt vltima inter duas verſus orientem) quæ maxime eſt ſeptentrionalis: diſtabat autem ab ea in linea quæ ad viſum ducebatur in Vulturis volantis lucidiorem ad ſummum ad quantitatem ſemidiametri ☾, 15 M. ad ſummum idque verſus boream.

Nota hanc obſeruationem. Nam et Gemma Friſius in eodem fere loco ♂ olim obſeruauit.

Nota. Ego in globo periculum fieri curaui et inueni ad obſeruationem huius diej locum Martis in $17\frac{2}{5}$ ♒ cum lat. 2.12^{m}, ad ſequentem diem in 17.55 ♒ latit. 2° 8′ meridiana. Sed potes præciſius videre.

SEQUENTI DIE 23.

Hora 8 p. m. obſeruaui rurſus ♂ et erat prætergreßus eandem ſtellam verſus ortum, adeo vt linea a ſtella ducta per ♂ caderet in Humeri aquarij lucidiorem quæ eſt verſus urnam et in qua manu habet tres illas ad modum cerebelli. Diſtantia vero ♂ a prædicta ſtella videbatur paulo maior priori 20 videlicet minutorum ad viſum, idque verſus boream vt ſup. Per radium vero obſeruabatur diſtantia fere dimidij gradus vt æquaret diametrum ☾, ad ſummum 35 M.

DIE 14 DECEMBRIS

qui mihi eſt natalis feci primam obſeruationem ad Solem Hwenæ circa ipſum Solſtitium hybernum et inueni altitudinem ☉ meridianam minimam quæ illic fieri poteſt partium 10 M. 43.

Cum autem declinatio ☉ exiſtat maxima 23 28, ea addita priori altitudini, relinquit altitudinem æquatoris $34^{g}\,11^{m}$, hæc ablata a quadrante oſtendit poli altitudinem eße $55^{p}49'$, quod erat quærendum. Paralaxis tamen ☉ ablata eam duobus minutis minorem efficit. Vt Paralaxis ☉ eſt 3 M. vnde altitudo eius ſaltem 10 40, alt. poli 55 52 Hvenæ.

DIE 15 DECEMBRIS

obſeruaui per aliud inſtrumentum altitudinem ſtellæ polaris maximam, eamque inueni partium 58 M. 54, ſed dubito de hoc, præbet enim eleuationem poli 6 M. priori maiorem.

Tertia in cauda Vrſæ quæ proxima eſt poſterioribus coxis habuit altitudinem meridianam 24^{p} 10 ſatis exquiſite.

[1] Quamquam codex nullam mentionem anni facit, tamen coniunctio Martis et Lunæ demonſtrat, hanc obſervationem anno 1576 factam eße.

[2] Supra adſcriptum eſt »1576 ætatis 30, Hafniæ in Dania«. De eclipſi lunari diei 7 Octobris nihil in codice invenitur, etſi Tycho in libro I Progymnasmatum dicit, ſe medium eclipſis H. 11 M. 32 obſeruaße.

DIE 24 DECEMBRIS.

Ante ortum ☉ circa horam 7 obſeruaui ☿, fuit autem eius diſtantia ab Anthanore 17.0 per radium obſeruata.

Paulo poſt diſtantiam ♃ et Reguli per radium deprehendi	10^{p} 0
In meridie fuit altitudo ☉	11 20

Hinc, declinatione ☉ quæ eſt $22^{g}50'$ addita, prouenit altitudo æquatoris 34.10, vnde poli altitudo 55^{p} 50. Hæc obſeruatio cum ea quæ fiebat in ſolſtitio ſatis quadrat, differentia 1 Minuti.

DIE 25 DECEMBRIS.

Vidi ſtellam polarem eleuari partibus 5 . . .[1] in meridie.

[1] In codice noſtro 5 ſolum. Apud Bartholinum 59° 1'.

OBSERUATIONES ANNI 1577.

HUENÆ IN DANIA.

ALTITUDINES SOLIS MERIDIANÆ.

JANUARIJ.

Die 3	12°	30′	
23	17	16	
29	19	8	

FEBRUARIJ.

1	20	0	
13	24	16	
16	25	25	
21	27	13	
22	27	47	
25	28	51	

MARTIJ.

2	30	46	
5	31	55	
12	34	42	
13	35	8	
16	36	15	
18	37	4	
24	39	19	
27	40	21	
28	40	43	
30	41	34	

APRILIS.

1	42	21	incertum
3	43	6	

quæ ſequuntur ſunt correctiores propter correctum quadrantem.

5	43	54	
6	44	14	ad ſummum
11	45	54	
13	46	35	
17	47	50	
22	49	23	
30	51	41	

MAIJ.

3	52	30	

JUNIJ.

23	57	3	

JULIJ.

7	55	20	
8	55	10	
9	54	58	
13	54	12	
25	51	26	

AUGUSTI.

1	49	25	
2	49	7	
4	48	32	
5	48	13	
20	43	8	

SEPTEMBRIS.

4	37	31	
11	34	46	
12	34	24	
27	28	28	
28	28	7	

OCTOBRIS.

5	25	26	
15	22	28	facta obſeruatione per Sextantem.

Altitudines[1] Solis obſeruatæ a ſolſtitio hyberno Anni 1577 quando minima altitudo ⊙ brumalis fuit partium 10 M. 38.

DECEMBRIS.

13 Altitudo viſa	*10*	*38½ vel 39*	
14	*10*	*40*	
16	*10*	*43*	
17	*10*	*46*	
18	*10*	*48½*	
19	*10*	*51*	
20	*10*	*55½*	
21	*11*	*1 ἐν πλάτει*	
22	*11*	*5 vel 4½*	
26	*11*	*28½ vel 29*	
31	*12*	*9*	

[1] Obſeruationes menſis Decembris faciunt initium codicis B, annos 1578—1581 complectentis (manu Tychonis).

OBSERUATIONES RELIQUORUM PLANETARUM.

DIE 16 FEBRUARIJ.

N.B. ♃ ad ☉ oppoſitum. ♃ diſtabat a corde ♌ 15° 9′, erat orientalior.
Eodem die ♀ a primo cornu ♈ 17°32′

DIE 19 FEBRUARIJ.

Diſtantia ♃ et cordis 14 30

DIE 21 FEBRUARIJ.

Diſtantia ♀ et primi cornu ♈ 11 50
♃ et cordis ♌ 14 12
Mediata nona, ☾ et ♂ 11 54
♀ et ☾ 8 44

DIE 22 FEBRUARIJ.

Mediata vndecima, ♃ et cordis ♌ 14 2

DIE 23 FEBRUARIJ.

Mediata 9, ♂ et oculi ♉ 25 16
♃ et cordis ♌ 13 58

DIE 24 FEBRUARIJ.

Hora 7.15 ♂ et oculi ♉ 24 30
Mediata 8 hora, ♀ et primi cornu ♈ 9 12
Hora 9, ♃ et cordis ♌ 13 43

DIE 25 FEBRUARIJ.

♃ et cordis ♌ 13 34
♂ et oculi ♉ 23 51
♀ et ſecundæ primi cornu ♈ 10 1

Hora 8½ exquiſite diſtabat ☾ a lucidiori genu Erichtonij comm. cum cornu ♉ verſus meridiem 1° 18′ a centro ☾. Erat vero quo ad viſum ☌ longitudinis [niſi] quod ☾ videbatur aliquantulum prætergreßa eandem ſtellam verſus ortum, ad ſpacium fere ſui diametri.

DIE 28 FEBRUARIJ.

Hora mediata 10, ♃ et cor ♌ 13°17′

DIE 1 MARTIJ.

Hora 8, ♂ occidentalior et oculus ♉ 21 5
Quadrante poſt 8, ♀ et ſecunda primi cornu ♈ 8 2
♃ et Regulus 13 14

DIE 5 MARTIJ.

H. mediata ſeptima, ☿ & oculus ♉ 51 40
Mediata 8va ♃ et Regulus 12 30
Eod. ♂ et oculus ♉ 18 32

DIE 6 MARTIJ.

Hora 7 ☿ et oculus ♉ 50 30
Eodem tempore, ☿ et ſecunda primi cornu ♈ 14 55
Quadrante poſt ſeptimam, ♀ et oculus ♉ 31 24
Mediata 8, ♂ et oculus ♉ 17 44
Eodem tempore, ♃ et cor ♌ 12 23

DIE 11 MARTIJ

quadrante poſt nonam, ♃ & Regulus 11 40
Eodem temp. ♀ et oculus ♉ 25 35
Hora decima, ♂ et oculus ♉ 14 39

DIE 12 MARTIJ[1].

Hora 7 veſpertina fuit diſtantia inter ♀ et ☿ per radium obſeruata 22° 0′ exquiſite. Videbantur autem in vna linea recta quo ad viſum ♂ ♀ ☿.

Inter ♂ et ☿ obſeruabantur 32 50
al. 32 45

Calculus prutenicus præbet diſt. 31⅛, neglecta ☿ latitudine. Alphonſinus præbet ſaltem 29^{g} 7′, eadem neglecta.

Inter ♂ et ♀ 10 50

Calculus prutenicus præbet diſt. 11 et 10 M; Alphonſinus 10^{g} 15 M. Nota quod circa idem tempus vterque calculus conſentit in loco ♂ quo ad longit. et latitudinem ſine ſenſibili diſt.

Inter ♂ et oculum ♉ obſeruabantur 14 1
Inter ♀ et Aldeb. 24 28
Inter ♃ et cor ♌ 11 41

[1] Codex habet »die 17 Martij«, ſed poſitio inter dies 11 et 13 ſicut etiam diſtantiæ ſtellarum monſtrant, has die 12 menſuratas eße.

DIE 13 MARTIJ.

Hora 9 fere. Inter ♀ et Aldeb.	25	15
♂ et Aldeb.	13	30
♃ et cor ♌	11	34
♀ et lucidius genu Erichtonij	35	8
Hora mediata decima,		
♂ et idem genu	25	13
♀ et ♂	10	12

DIE 16 MARTIJ.

Hora 7¼ ☿ et ♀ diſtabant	15	52
♂ et ♀	8	45
♂ et Aldebor.	11	43
♂ et lucidius genu Ericht.	23	15
Hora 8, ♀ et idem genu	31	44
♀ et Aldeb.	20	4

DIE 18 MARTIJ.

Hora 7¼ ☿ et Aldeb.	36	gr.
Eod. tempore, ☿ et ♀	17	58
☿ et minor in altero pede Andromed.	11	30
☿ et maior in altero pede Androm.	17	35

DIE 20 MARTIJ.

Hora 8, ♀ et Aldeboram	15	50
♀ et lucidius genu Erichtonij	27	16
Hora 8¾ ♂ et Aldeb.	9	33
♂ et lucidius genu Erichtonij	20	47
Regulus et ♃	10	46
Hora 7¼ [1] ♂ et ♀	4	18
Regulus et ♃	10	27

DIE 27 MARTIJ.

Mediata octaua, inter ♀ et ♂	3	29
Eodem die, hora 7¾, Regulus et ♃	10	20
♀ et lucidius genu Erichtonij	19	13
Hora 8, ♂ et idem genu	16	12
♂ et Aldeb.	6	49
♀ et Ald.	9	20

DIE 30 MARTIJ.

Hora 8, ♀ et ♂	2	9
♂ et Aldeb. in latitudine	6	29
♀ et Aldeb.	7	52
Hora 8¼ Regulus et ♃	10	11
♂ et genu Erichtonij	14	22
Hora 9 ♀ et idem genu	16	2
Regulus et ☾ hora 9	14	20

DIE 2 APRILIS.

Veſperi poſt ☉ ſtatim occaſum obſeruaui diligenter Ecclipſin ☾ tam per correctißimum horologium minuta ſingula monſtrans quam per ☾ altitudinem. Correxeram vero Horologium ad altitudinem ☉ iuxta occaſum et ad minutum occidentis Solis et rimatis ſingulis diligenter hæc inueni. ☾ in ipſo ortu incipiebat obſcurari hora exquiſite exiſtente 7, nam hora exiſtente 7 et 17 quarta pars ☾ erat ingreßa vmbram.

Hora 7.24 tertia pars ☾ erat in vmbra, eleuabatur autem luna tunc 4^{g} 5^{m}.

7.55 dimidia ☾ aberat, eleuatio ☾ 5^{g} 25′.

7¾ diſtabat Spica a limbo ☾ lucido ſibi proximo 4^{g}24′ ad vmbræ extremum, erant adhuc in ☾ 11 M., Spica itaque ad vmbram 4^{g}35.

Sed in medio partis lucidæ Altitudo ☾ 7.25, diſtabat Spica a limbo eodem 4.28, erat autem de ☾ offuſcata ⅔, ſc. 24 M. Hora erat 7 M. 52 ad ſummum, ſed tunc temporis non ſatis attendebam ad horologium, obſeruabam enim ☾ altitudinem. Cum altitudo ☾ eßet 8.55 parua . . . reſtabat lucida.

Hora 8 M. 10 ☾ exquiſite totam ingrediebatur vmbram, altitudo ☾ tunc erat per quadrantem in ea parte quæ lucidior erat 9^{p} 12. Diſtabat autem limbus ☾ ſtellæ proximus a Spica exquiſite 4^{p} 44′, confide huic obſeruationi in omnibus, fuit enim exquiſita. Altitudo Radix ☉ p. 9 M. 12 Ingreßus totalis.
Radix ☉ p. 18 M. 0 primus egreßus.

Hora 9^{h} 0′ diſtabat limbus ☾ obſcuratus qui proximus erat Spicæ 5^{p} 11′, non poterat exquiſitißime obſeruari, quia ☾ erat tota in medio fere vmbræ, erat autem color ☾ obfuſcatæ rubrus tendens ad nigredinem. Circa ♃ et ♀ erat tem-

[1] Certe hæ duæ diſtantiæ die 20 Martij obſeruatæ non ſunt.

pore Ecclipſis ſubinde pallida quædam nubecula in circuitu eorum ſpacio 2^g in diametro.

Hora 9 M. 45 viſa eſt ☾ primum recepiße aliquid lucis per nubeculas ad ſpacium unius M. circiter 3 . . . Ita ut hora 9 M. 40 vera prima receptio luminis dici poßit, erat tunc altitudo ejus partis quæ lucebat primum $18^g\,0^m$, diſtabat vero idem limbus illuminatus a Spica $6^p\,7'$, tunc temporis poterat 5 minutorum eße lumen.

Hora 10 M. 0 recuperauit paulo plus quam quarta pars lunæ lumen, ita vt 10 minuta de ☾ eßent illuminata.

Hora 10 M. 13 luna dimidium luminis acquiſiuit, fuit tunc altitudo Spicæ $22^g\,50'$, bona obſeruatio, confide huic. Diſtabat ☾ a Spica tunc temporis $6^p\,23'$, ab ea parte limbi quæ lucida erat vergens verſus Horizontem. Tunc incipiebat circa ☾ corona magna attingens fere Arcturum ſed erat dimidia verſus meridiem et . . . . erat propter nubeculas.

♀ et ♂ hora 8 M. 25 diſtabant $1^g\,15'$ in ea linea recta quæ ducitur per eos ſuper . . . . Caßiopeæ exquiſite, vnde ♀ nondum attigerat lineam rectam quæ ducitur per ♂ ad Aldeboram, quapropter eorum ☌ nondum facta erat vt habet Alphonſi calculus, quod etiam ex priori obſeruatione liquet et ex linea ducta a polo Zodiaci.

Inter ♂ et Aldeb. $6^p\,33'$. Inter ♃ et Regulum $9^g\,58'$.

Hora 10 M. 25 ſaltem 4ta pars laborauit in vmbra, tribus liberatis.

Hora 10 M. 46 ☾ totum lumen requiſiuerat, fuit tunc altitudo centri ☾ 21 part. 40 M. Diſtantia limbi ☾ qui proximus erat Spicæ, fuit $5^p\,58'$ tunc temporis. Altitudine ☾ exiſtente $22^p\,5'$ diſtabat limbus ☾ proximus Spicæ ab ea parte 6.2. Sed cum Ecclipſis dudum abſolutus erat, Horologium monſtrabat horam $10^H\,55'$.

N. B. Initium huius Ecclipſis, collatis omnibus obſeruationibus primis vsque in dimidiam offuſcationem cadit exquiſite in H. 7 M. 5.

Initium totius obſcurationis	hora 8	M. 10	Confide his.
Initium egreßus	hora 9	M. 40	
Vltimus finis Ecclipſis	10	45	
Ergo medium Ecclipſis	8	55 in meridiano Huenenſi.	

Altitudo ☉ in Meridie ſequentis diej fuit 43.6, ſed parua nubecula alba intererat, cumque altitudo æquatoris exiſtat $34^p\,10'$, euadit declinatio ☉ adhibita paralaxi 8.57, locus itaque ☉ eſt exquiſite 23.0 ♈ juxta hanc obſeruationem.

N. B. Iuxta has obſeruationes ☾ in Ecclipſi ad Spicam non poteſt longitudo Spicæ vlterior cadere quam in $17^g\,28$ ♎, poſita latitudine ipſius $2^p\,0'$, et poſito toto loco ☉ iuxta pruten. calc. dato loco ☉ ſeu ☍ vmbræ in 22.27 ♎, prout altitudo ☉ die ſequente talem ☉ motum oſtendebat, per quadrantem minorem et collatis omnibus obſeruationibus rimatisque diligenter, Spicæ longitudo vlterius non cadit, ſi locus ☉ ita ſe habet. Feci autem experientiam in plano non per tabulas eo quod diſtantia ☾ et Spicæ ſit exigua. Si vero Spicæ locus aliter ſe habet, error eſt in ☉ 22 . . .[1].

EPILOGISMUS CALCULI HUIUS ECCLIPSEOS EX TABULIS PRUTENICIS ADDUCTI.

Tempus aſtronomicum ſive æquale veri ſub plenilunij meridiano tabularum, annus 1576 menſis Martius dies 1 horæ 20 ſcrup. 45 ſec. 41 a media nocte.

[1] In alia pagina ejusdem codicis ſcriptum eſt de longitudine Spicæ ut ſequitur: » . . . adhibito ☉ loco qui in meridie ſequentis diej iuxta obſeruationem erat in $23^p\,0'$ ♈. Sed in hoc forte poterit eße error, quia per minorem quadrantem altitudo capiebatur. Sed de hac alias cogito latius. Locum ☾ correxi iuxta Alphonſinum motum«.

LOCI ☉ ET ☾ HUIC TEMPORI CONGRUENTES.

☉	$22^{g}\,17'\,22''$ ♈	Tempus incidentiæ hor. 1	2′ 33″
☾	22 17 21 ♎	Tempus moræ dimidiæ	52 50
Æquatio temporis præcedentis 6′ 2″		Tempus ab initio ad medium 1	55 23
Digiti Eccliptici 19.52	addenda	Motus horarius ☾	34 1

Examen obſeruationis ex altitudine ☾ quo vtor pro altitudine meridiana ☉.

Quando ☾ tota incipiebat eße in vmbra, fuit altitudo lucidioris partis p. 9 M. 12, fuit autem tunc in 21.53 ♎ et altitudo vera in Eccliptica 10.10, prouenit diſtantia a M. C. $57^{P}\,20'$ quæ reſoluta in tempus facit $3^{H}\,49'\,20''$, quare fuit tunc H. 8 M. 10 S. 40. Deinde cum ☾ erat primum per vnum digitum eluctata per vmbram incipiens egredi, fuit altitudo ☾ vera $19^{g}\,0'$, addita videlicet ipſius latitudine et paralaxi eratque in loco Vmbræ 23.23 ♎, diſtantia a M. C. $34^{P}\,32'\,20''$ quæ reſoluta in tempus facit $2^{H}\,18'$, ergo tunc fuit hora 9.42. Sed ☾ tunc erat egreßa 3 minuta quæ faciunt 5 temporis, vnde vera egreßio fuit H. 9 M. 37.

☾ ex obſeruatione altitudinis ſuæ egrediebatur ex vmbra	9^{H}	37^{M}
Ingrediebatur totaliter	8	11
Tota mora in vmbra	1	26
Eius dimidium		43

Vnde medium huius Ecclipſis fuit exacte $8^{H}\,54^{M}$.

Pone medium hac ratione $8^{H}\,54^{M}$. Sed videndum etiam quis locus ſit longior et diuturnior in egreßu vel ingreßu[1].

DIE 4 APRILIS.

Hora 8¾ videbatur ♂ et ♀ in vna linea recta cum Aldeboran exquiſite, eademque linea producta incidebat in capram, adeo vt quatuor iſtæ ſtellæ eßent exquiſite in vna linea, quapropter ♂ et ♀ ☌ iam præteriit, quam Prutenicus calculus ſummam adhuc poſt aliquot horas ſtatuit. Diſtantia harum fuit eiusmodi.

Inter capram et Aldeboran	30^{g}	38′
♀ et ♂	1	14
♀ et Aldebor.	8	8
♀ et hircus	22	19
♂ et Aldeb.	6	50
♀ et ſiniſter pes Erichtonij	8	8
Regulus et ♃ hora 9½	9	47

DIE 5 APRILIS.

Hora 8⅛ ♂ et ♀	1	30
Regulus et ♃	9	49
Hircus et ♀	22	8

DIE 6 APRILIS.

♀ et ♂, hora 8¾	1	42
♀ et Aldeb.	9	11
♂ et Aldeb.	7	25
♂ et ſiniſter pes Erichtonij	9^{g}	47′
♂ et dexter pes communis cum cornu ♉	9	47

Diſtat æqualiter ab vtroque pede.

Hora 9¼, ♂ et auſtrale cornu ♉	11	24
♀ et auſtrale cornu ♉	10	36
♀ et dexter pes comm. cum cornu ♉	7	56

DIE 7 APRILIS.

Hora 8 ♀ et ♂	2	7
♀ et Aldeb.	10	1
♂ et Aldeb.	7	55
Siniſter pes Erichtonij et ♀	7	54
♀ et dexter pes communis cum cornu ♉	6	58
♀ et auſtrale cornu ♉	9	42
Hora 8¾ ♂ et auſtrale cornu ♉	10	55
♂ et pes dexter Erichtonij communis cum cornu ♉	[9	11][2]
♂ et ſiniſter pes Erichtonij	9	40
Regulus et ♃	9	46

DIE 8 APRILIS.

♀ et ♂, hora 8¼	2	31
Regulus et ♃	9	46
♂ et ſiniſter pes Erichtonij	9	32

[1] In libro I Progymnaſmatum (Pag. 02) tempus medii $8^{h}\,50^{m}$ poſitum eſt.

[2] Lacuna in codice. Bartholinus habet 9° 11′.

DIE 9 APRILIS.

♀ et ♂ hora 9¾ $2^{g}53'$
♂ et auſtrale cornu ♉ 9 32
♂ et boreale cornu commune
cum dextro pede Erichtonij 8 2
♂ et ſiniſter pes Erichtonij 9 24
♀ et auſtrale cornu ♉, hora 10, 7 46
♀ et boreale cornu ♉ commune 4 56
♀ et ſiniſter pes Erichtonij 8 3
Regulus et ♃, hora 10¼ 9 42

DIE 11 APRILIS.

♂ et Aldeb., mediata 9, 9 33
♀ et Aldeb. 13 25
♂ et auſtrale cornu ♉ 8 24
♂ et dexter pes communis
cum cornu ♉ 6 58
♂ et ſiniſter pes Erichtonij 9 20
♂ et ♀, hora 8¾, 3 42
♀ et auſtrale cornu ♉ 6 20
♀ et dexter pes communis
cum cornu ♉ 3 17
♀ et ſiniſter pes Erichtonij 8 40
Regulus et ♃ 9 37

DIE 17 APRILIS.

♂ et ♀, hora 9¼ 6 16
Regulus et ♃ 9 28
♂ et dexter pes Erichtonij
communis cum cornu ♉ 4 37

Conſpiciebatur cum ♂ dexter pes Erichtonij et lucida Erichtonij in vna recta linea.

♂ et auſtrale cornu ♉ 5 5
♀ et dexter pes Erichtonij 5 5
♀ et auſtrale cornu ♉ 5 28

DIE 22 ARILIS.

Hora 8¾, Diſtantia ♂ et ♀ 8 28
♂ et ☾ (addendus ſemidiameter) 19 10

Videbantur autem eo tempore ♂ et ♀ et [caput ſequentis ♊ et][1] ſeptentrionalis extremitas ☾ in vna recta linea.

♀ et ☾, hora nona cum
quadrante 10 40
♂ et dexter pes Erichtonij
communis 4 35
Regulus et ♃ 9 34

Repetita eſt hæc obſeruatio et non variata, niſi ſemel, exhibuit . . . vnum minutum.

DIE 26 APRILIS.

Hora 9 Regulus et ♃ $9^{g}42'$
♂ et ♀ 10 . . .

Coniunctio ☾ et ♃ hora 9.20: erat tunc latitudo ☾ ſeptentrionalis ab Iove 1 gr. 20 min.

DIE 29 APRILIS.

Hora 9 Regulus et ♃ 9 46
♂ et ♀ 11 9

DIE 3 MAIJ.

Hora 9½ ♂ et ♀ 12 38
Regulus et ♃ 9 53

DIE 7 MAIJ.

Regulus et ♃ 10 5
♀ et Regulus 42 35

DIE 15 MAIJ.

Regulus et ♃, hora 9¼ 10 32
Media in humeris ♌ et ♃ 13 8

DIE 16 MAIJ.

Hora 10, [♃ et][2] Regulus 10 38
♃ et cauda ♌ 15 28
Media in humeris ♌ et ♃ 13 10
♀ et Regulus 33 36
Secundus ♊ et ♀ 4 46

DIE 17 MAIJ.

Hora 10, Regulus et ♃ 10 44
Media in humeris ♌ et ♃ 13 15
♃ et cauda ♌ 15 27
♀ et Regulus 32 40
Secundus ♊ et ♀ 5 25

DIE 21 MAIJ.

Hora 10. Secundus ♊ et ♀ 8 18

DIE 22 MAIJ.

Hora 10. Regulus et ♃ 11 10
Media in humeris ♌ et ♃ 13 35
♃ et cauda ♌ 15 10
Primus Geminorum et ♀ 13 24
Secundus ♊ et ♀ 9 5

[1] Hæc in codice non ſunt ſed apud Bartholinum ſolum reperiuntur.
[2] Sic apud Bartholinum. Codex noſter habet lacunam.

DIE 23 MAIJ.

Mediata decima, ☾ et ♃	5ᵍ18′
Primus Geminorum et ♀ hora 10,	14 1
Secundus Geminorum et ♀	9 52
Regulus et ♃	11 16
Media in humeris ♌ et ♃	13 38
♃ et cauda ♌	15 9

DIE 25 MAIJ.

Hora 10, Regulus et ♃	11ᵍ28′
Media in humeris ♌ et ♃	13 53
♃ et cauda ♌	15...

DIE 11 SEPTEMBRIS.

Mediata 9, ♃ et ♐...	4 28
♃ et inferior arcus ♐	3 43

DIE 26 SEPTEMBRIS.

Obſeruaui Eclipſin ☾ totalem cuius initium et medium videri non poterat propter nubes, ſed primum initium egreßus erat H. 1 M. 56 poſt mediam noctem iuxta correctum horologium ad ſolem, quod ſingula minuta monſtrabat; fuit autem lucida in dextro humero Orionis diſtans a linea meridiana verſus ortum partibus 47⅔, exquiſita obſeruatione in gradibus Horizontis. Cum vero tertia pars ☾ receperat lumen eadem ſtella 32⅚ remouebatur a meridie verſus ortum in Horizonte. Iuxta obſeruationem ex lucida Orionis fuit tempus egresſus ex vmbra H. 2 M. 10 poſt mediam noctem, atque huic potius adhibe [fidem].

Nota. Obſeruatio quæ fiebat per humerum Orionis non ſatis bona. Sed erraris plus 2 gradibus propter non bene inuentam Meridiej lineam et aliam etiam ob cauſam lignej inſtrumenti. Fide itaque potius horologio.

DIE 29 SEPTEMBRIS.

H	M		
14	16	Prima ſtella ♈ et lunæ orientalis extremitas diſtabant	22ᵍ58′
		Erat autem luna tunc in meridiano.	
14	23	Eadem extremitas ☾ et oculus ♉	15 57
14	28	Septentrionalis extremitas ☾ et caput Algol	19 5
14	35	Septentrionalis extremitas ☾ et media pedis ſiniſtri Perſej	10 50
14	58	Media pedis ſiniſtri Perſei et ☾ orientalis extremitas et inferior maxilla Ceti videbantur in vna recta linea.	
15	1	Inferior maxilla Ceti et meridionalis extremitas ☾	18 36
16	45	Regulus et ♀	6 23
18		♀ et parua ſtella in ventre ♌ coniungebantur in longitudine, diſtabat autem ♀ verſus meridiem 30 minutis vel primum diametrum lunæ.	
		Eodem tempore ♀ et ♃	28 30

DISTANTIÆ FIXARUM.

Humerus Orionis dexter et Canis maior	25ᵍ50′
Canis maior et minor	25 40
Canis minor et idem humerus	25 50
Humerus idem et hircus	39 10
Hircus et canis minor	50 44
Hircus et primus Geminorum	30ᵍ 5′
Humerus dexter et ſiniſter Orionis	7 24
Siniſter humerus et ſiniſtrum genu	14 4
Dexter humerus et ſiniſtrum genu	18 25

Siniſter humerus et dextrum genu 16° 43'
Dexter humerus et dextrum genu 16 56
Siniſter humerus et prima cinguli 6 52
Idem et ſecunda 8 2
Idem et tertia 9 6
Idem et quarta 9 30
Tertia cinguli et dextrum genu 7 52
Vtrumque genu 8 14
Oculus ♉ et dexter humerus Orionis 21 6
Hircus et primus ♊ 30 16
Hircus et ſecundus ♊ 34 40
Vterque ♊ 4 32
Canis minor et primus ♊ 26 50
Canis minor et ſecundus 23
Siniſter humerus Orionis et primus Geminorum 34 11
Siniſter humerus Orionis et ſecundus ♊ 32 36
Oculus ♉ et primus ♊ 43 50
Oculus ♉ et ſecundus 45 44
Hircus et dexter humerus Orionis 40 16
Hircus et ſiniſter humerus Orionis 40
Hircus et oculus ♉ 30 38
Coronæ ſeptentr. prima et ſecunda 2 34
Secunda et lucida 2 40
Lucida et quarta 1 51
Quarta & quinta 1 36
Quinta et ſexta 2 4
Sexta et ſeptima 3 6
Prima et ſeptima 6 28
Lucida et Arcturus 19 20
Arcturus et vltima in cauda vrſæ maioris 30 18
Vltima caudæ vrſæ maioris et lucida Coronæ 30 36
Lucida lyræ et lucida Coronæ 39 30
Lucida lyræ et vltima caudæ vrſæ maioris 50 28
Inter vtrumque genu Erichtonij 7 44
Hircus et dexter humerus 7 32
Hircus et ſiniſtrum genu 13 21

Hircus et lucidius genu 17^g 15'
Dexter humerus et [obſcurius][1] genu 10 48
Dexter humerus et lucida capitis 7 40
Lucida capitis et hircus 7 25

Deficiunt hic in Radij obſeruatione vbique 4 Minuta vt poſtea per aliud inſtrumentum obſeruaui.

Pectus et lumbi [Caßiopeæ] 4 34
Pectus et ſuprema cathedræ 4 54
Lumbi et ſuprema cathedra 6 6
Collum et ſuprema cathedra 6 30
Collum et pectus 2 40
Pectus et cingulus 1 40
Cingulus et ſuprema cathedræ 5 14
Cingulus et lumbi 2 58
Lumbi et infima cathedræ 3 33
Suprema et infima cathedræ 4 44
Pectus et infima cathedræ 6 32
Lumbi et genu 3 29
Genu et Pectus 6 52
Genu et pes 4 46
Pes et lumbi 7 14
Pes et infima cathedræ 9 6
Genu et infima cathedræ 6 44
Lucida lyræ et lucida teli 33 50
Lucida lyræ et pectus cygni 19 58
Lucida lyræ et venter cygni [23][1] 25
Pectus et venter cygni 6
Pectus cygni et lucida [teli][1] 32 4

PEGASUS.

Caput Andromedæ et dextra ala Pegaſi 13 48
Ala et Mar[cab] 16 28
Marcab [et Scheat Alfaras][1] 12 46
[Scheat][1] et prima dextri pedis 4 58
Prima et ſecunda dextri pedis 7 32
[Scheat][1] et prima in pectore 4 34
Pectoris prima et ſecunda 1 6
[Scheat et Enif][1] 25 45
[Marcab et Enif][2] 20 13
[Dextra ala et deneb Kaitos 34 10][3]
Marcab et dexter humerus Aquarij 21 20
Dexter humerus ♒ [et elif][4] 11 27

[1] Sic apud Bartholinum. Codex habet lacunam.
[2] Codex habet »Macr . . . alæ«.
[3] Solum apud Bartholinum.
[4] Codex habet ». . . alæ«.

[Enif][1] et extrema alæ dextræ Cygni	21	40
CYGNUS.		
Extrema et media alæ dextræ	6	46
Media alæ dextræ et pectus	7	53
Pectus et venter	6	
Pectus et media ſiniſtræ alæ	8	21
Eadem et venter	9	50
Venter et media alæ dextræ	11	20
Venter et extrema alæ dextræ	11	14
Extrema alæ dextræ et pectus	9	33

N.B. Si quando planetarum loca prius per hanc obſeruationem eodemque inſtrumento capta limitare volueris, vt quam minimum habeant vitij, poteris id commodius facere per fixarum poſtmodum[2] obſeruatas eodem modo diſtantias, diſcernendo videlicet quid in his ſit plus vel minus [commißum][1] diſcrepantiæ a vera diſtantia quam cœlitus obtinent poſtmodum deprehenſa.

OBSERUATIONES ASTRONOMICÆ HUENENSES A SOLSTITIO HYBERNO ANNI LABENTIS 77[3].

Stellæ polaris altitudinem maximam inueni $58^g\ 52^m$
minimam 52 56½
Diſtat itaque a polo p. 2 M. 58, eſt itaque eleuatio poli in loco obſeruationis $55^g\ 54'$.

DECEMBRIS DIE 19.

Mane obſeruaui altitudinem Spicæ in meridiano p. 25 M. 6, ſed de meridie incertum eſt. Itaque declinatio Spicæ exquiſite 9.0, a Copernico hucusque in annis 52 aucta 20 minutis, quæ indicant ſtellas fixas ab eius tempore ad nos promotas 50 & plus minutis, cum tamen iuxta eius hypotheſin ſaltem 31 minuta abſoluiße debebat, idem in eadem ſtella comperi ante triennium Roſtochij[4].
Eodem tempore circa 7 matutinam obſeruaui diſtantiam Spicæ et ♃ $6^p\ 36'$.
Nocte autem ſequente obſeruaui has fixarum altitudines meridianas.

Oculus ♉	*$49^p\ 42'$*
Algebor Orionis	*25 21½*
Bellatrix	*39 58*
Media Balthei	*$32^p\ 35'$*
Vltima Balthei	*31 49*

DIE 20 DECEMBRIS.

Hora 5 Mto 50 P. M. fuit Stella polaris in azimut 20' verſus occaſum a Meridiano diſtans, eiusque altitudo inventa eſt tunc 58 50. Fuit illo inſtanti Aſcenſio Recta M. C. p. 6 M. 10, culminante 7 parte ♈.
In ipſo vero circulo erat ſtella polaris vltra meridianum 3 exquiſite partibus, eſt itaque ipſius Aſc. recta 3.10 M.

DIE 21 DECEMBRIS.

Hora 5 M. 38 A. M. viſa eſt ſtella polaris in Meridiano infra polum habens

[1] Sic apud Bartholinum. Codex habet lacunam.
[2] Sic apud Bartholinum, codex habet »inſtrumentum«.
[3] Folio 2 r codicis B, manu Tychonis. Obſeruationes Solis a die 13 Dec. 1577 in diem 30 Januarii 1578 folio 1 v inveniuntur, omnes (ſicut ſequentes obſeruationes) ab ipſo Tychone ſcriptæ.
[4] Præcedens annotatio lineis inducta eſt.

altitudinem 52.53. Erat tunc temporis in Meridiano p. 4 M. 40 æquatoris, quibus reſpondet ♎ ♈ gr. 5 M. 5 cum quo ſtella polaris cœlum mediat. Ex his oritur eleuatio poli part. 55. 52, atque hæc ratio eſt certior magisque conſonat cum altitudinibus ſolaribus ſi adhibeatur earundem paralaxis.

Eodem die hora 5 M. 35 P. M. fuit eadem ſtella in Meridiano ſupra polum, cuius tunc altitudinem deprehendi 58.52. Eleuatio poli 55 52½.

DIE 23 DECEMBRIS.

Hora 5 M. 8 ante Meridiem vidi quod ☾ ante meridiem admodum erat propinqua cornu ♉ communi cum pede Erichtonij diſtans ab ea verſus meridiem parte 1 M. 30 per centrum, idque in ea linea quæ ducitur a ☾ per ſtellam vsque in pedem Caßiopeæ quæ eſt tertiæ Magnitudinis ſtella. Satis bona obſeruatio.

Hora 5 M. 22 S. 40 (Mane, ad ſummum H. 5 M. 24)[1] *fuit ſtella polaris in meridiano infra polum, altitudo eius p. 52 M. 53.*

Hora 5 M. 52 S. 5 fuit Jupiter in Meridiano habens altitudinem 30ᵖ 24'
Spica erat in meridiano H. 6 M. 7 S. 50, obſeruaui tunc altitudinem eius 25 10
Bona obſeruatio cui potes confidere.

Hinc oritur declinatio ſtellæ 8.57½ poſita altitudine poli 55.52½ vt dat ſtella polaris. Copernicus Anno Chriſti 1525 eandem declinationem obſeruauit partium 8 M. 40. Mutata eſt itaque declinatio in annis 52 a Copernico ad noſtram obſeruationem p. 0 M. 18 quibus competunt in longitudine 48'.

Aliter. Sit Declinatio ſtellæ obſeruata	*8ᵖ 57½'*
Aucta eſt a Copernico huc usque	*0 17½*
Quibus competunt in longitudine	*0 46*
Tantum promotæ ſunt fixæ a Copernico	*32.*

Locus ſpicæ ex Copernico	*17.21*
Stellæ motus a Copernico	*46*
Longitudo Spicæ Anni 77	*18. 7♎*

Landgrauius Haßiæ ante decennium obſeruauit eandem in 17.57 ♎ cum latitudine 1ᵖ 59' partium duarum, idque bene conuenit cum noſtra obſeruatione, ſed iuxta Copernici annotationem debuit locus Spicæ nunc eße in 17.52 ♎, differentia 15 minutorum.

Die 23, hora 5 M. 22 Stella polaris in meridiano, altitudo 58.51
Altitudinem minimam ſequenti die inueni partium 52.55
Sed examinanda eſt vtraque obſeruatio diligentius an ſæpius conueniat.

DIE 24 DECEMBRIS.

Jupiter fuit in Meridiano hora 5 M. 45, Altitudo 30ᵖ 23'
Horologium non erat correctum.
Hora 6 M. 1 fuit Spica in Meridiano habens altitudinem vt ſupra 25 10
Die 24. Veſperi obſeruaui polaris ſtellæ altitudinem maximam 58 51
ſed ne hoc quidem tempore ſatis exquiſite in tranſitu per meridianum obſeruaui, nulla tamen notabilis eße poterat differentia.

[1] Supra lineam poſtea adſcriptum.

DIE 26 DECEMBRIS.

Hora 5 M. 12 P. M. fuit Stella polaris in meridiano, cuius altitudinem tunc obſeruaui p. 58 M. 52, bona obſeruatio.
☾ oriebatur paulo ante hora 4 51½'.

DIE 27 DECEMBRIS.

Mane Hora 6 39½' fuit ♃ in Meridiano habens altitudinem partium 30 M. 16.

OBSERUATIONES ANNI 1578.

OBSERUATIONES ALTITUDINIS SOLIS.

JANUARIJ.

Die 1		12g 18'
3		12 38
5	13.0, ad minimum	12 59 et eſt melius
9	ἐν πλάτει	13 44 non bene viſus ⊙
12		14 24 bona
22		16 57
24		17 $32\frac{1}{2}$ bona
30		19 25 mediocris

MENSE MARTIO.

1		30 23 mediocris
per diuiſionem nouam	|91	$30\frac{4}{6}$ |88 $29\frac{4}{6}$ |69 $23\frac{2}{8}$ |49 $16\frac{5}{10}$
2		30 47 mediocris
3		31 9 ἐν πλάτει
4		94 33		31 $33\frac{1}{2}$
5		31 56 ἐν πλάτει
5	Azimuth 3, 31.53, Az. $5\frac{1}{6}$, 31.50, Az. $6\frac{1}{6}$, 31.47	
7	ad ſummum	32 $44\frac{1}{2}$ bona
	ad minimum	32 44
8		33 6 ἐν πλάτει
8	Azimut $6\frac{1}{6}$, 32.57. Sequentes ſunt bonæ	
9		33 $29\frac{1}{2}$ bona, fide huic
11		34 17 bona, fide huic
13		35 $4\frac{1}{4}$ bona, cui potes fidere
15		35 52 bona ſatis
	ad minimum	35 $51\frac{1}{2}$ melius
16		36 15 bona
17		36 $38\frac{1}{3}$
18	37 $2\frac{1}{2}$, ad minimum	37 2 melius
20	Azim. $2\frac{1}{4}$ Altit.	37 47, ergo M. 37.49
21		38 10 ἐν πλάτει
23		38 58
28		40 52
29		41 $14\frac{1}{2}$ bona

APRILIS.

5	43 49
7	44 33
8	44 55
10	45 35
11	45 55
13	46 36
14	46 56
15	47 15
17	47 $51\frac{1}{2}$
23	49 43
28	51 7 exquiſita
30	51 41 bona fide his duobus

MAIJ.

18	55 35
22	56 $10\frac{1}{3}$
24	56 25
30	57 3

JUNIJ.

Error eſt in his 2. M. propter diui-ſionem inſtru-menti	1		57 14 bona, ad ſummum $14\frac{1}{2}$
	2		57 18 bona
	3		57 21
	4		57 25 bona, fide huic
	6		57 30 bona, fide huic
	7		57 33
	8		57 35 bona, ad ſummum $35\frac{1}{2}$
	9		57 37
	10		57 38 } aliter 57.36 nam eſt error in diuiſione 2M.
	11		57 38 }
Die 14			57 32 25''
16			57 $33\frac{1}{2}$
	100	63.5.25 facit	57 31
	96	$61\frac{2}{6}$ facit	57 30
	95	$60\frac{4}{6}$ facit	57 29
25			57 0 præciſe
	per aliam diuiſionem		
	99	$62\frac{4}{6}$ facit	56 58 11

Declinatio ⊙ 23 28
22 52
36 tantum altitudo ⊙ decreuit.

Ergo vera in ſolſtitio fuiſſet 57.36, idque iuxta ſupremam diuiſionem, verum iuxta diuiſionem 99 fuiſſet altitudo 56 58 et propterea altitudo maxima 57.34 quæ conuenit cum obſeruatione rectanguli maioris vbi eandem deprehendi altitudinem maximam viz. 57.34 vel potius 57 $33\frac{1}{2}$.

⊙ altitudo maxima	57 35 30	addita vtrobique paralaxi.
Altitudo minima	10 41 30	
Differentia	46 54 0	fide his.
Ergo declinatio max.	23 27 0	
Altitudo Æquatoris	34 8 30	
Altitudo poli	55 51 30	

Die 27	56 49 non admodum exquiſita propter raram nubem.
29	56 $34\frac{1}{2}$

JULIJ.

8		55 $15\frac{2}{3}$ } bonæ
9		55 $4\frac{1}{2}$ }
13		54 $17\frac{1}{2}$ non admodum exquiſita propter nubes.
16		53 $41\frac{1}{2}$ bona
17		53 $27\frac{3}{4}$ bona
23		52 4 mediocriter bona
	100 $57\frac{5}{6}$ facit	52 3
	98 $56\frac{4}{6}$	52 $2\frac{1}{2}$
24	51 46 vel ad minimum	51 45 mediocriter bona
	100 $57\frac{3}{6}$ facit	51 45
	98 $56\frac{2}{6}$	51 44
25		51 31 bona

Die 26		51	16	
	99 $56\frac{2}{6}$			
	94 $53\frac{3}{6}$	51	14	
29		50	$24\frac{1}{2}$	bona, fide huic

AUGUSTI.

2		49	$12\frac{1}{2}$	exquiſitæ
3		48	56	(exquiſitæ)
4		48	37	mediocris
7		47	$40\frac{1}{2}$	bona, fide
	85 45 facit	47	39	
9		47	3	exquiſitæ
11		46	24	(exquiſitæ)
13		45	42	
20		43	17	
21		42	56	
22		42	$34\frac{1}{4}$	
23		42	11	
24		41	50	
25		41	28	
26		41	6	
27		40	43	bona, fide huic
	98 $44\frac{2}{6}$ facit	40	43	
28		40	20	bona, fide huic
	100 $44\frac{5}{6}$ / 99 $44\frac{4}{6}$	40	21	vt ſupra
29	39 $58\frac{1}{2}$ vel potius	39	58	tantum
30		39	36	
31		39	12	mediocris

SEPTEMBRIS.

1		38	$48\frac{1}{2}$	bona
2		38	26	bona
3		38	3	bona
4		37	40	bona
6		36	$54\frac{1}{2}$	bona
8		36	9	bona
11		34	$57\frac{3}{4}$	bona
12		34	34	bona
14		33	47	bona
Die 15		33	$23\frac{1}{2}$	*mediocris*
16 ad minimum				
	32 $59\frac{1}{2}$	33	0	*bona, fide huic*
	100 $56\frac{4}{6}$ facit	33	0	
19		31	50	non ſatis bona propter nubes
20		31	$26\frac{2}{3}$	exquiſitißime
21		31	$3\frac{1}{2}$	mediocris, inter nubes
29		27	54	bona

OCTOBRIS.

2		26	48	non ſatis bona propter nubes
4		26	1	bona
5		25	39	mediocris
7		24	$54\frac{1}{2}$	mediocris
13		22	$45\frac{3}{4}$	bonæ
14		22	24	(bonæ)
17		21	22	bona, fide huic
18		21	1	mediocres
21		20	3	(mediocres)
22		19	44	mediocris
23		19	26	bona
24		19	5	*ἐν πλάτει*
25		18	46	mediocriter bona


NOUEMBRIS.

8		14	54	*ἐν πλάτει*
18		12	50	*ἐν πλάτει*
19		12	$39\frac{2}{3}$	bona
23	12 1 ad ſummum		$1\frac{1}{2}$	bona
24		11	53	bona

DECEMBRIS.

22		11	7	bona
	100 $12\frac{2}{6}$			
	99 $12\frac{1}{6}$			

OBSERUATIONES PER RECTANGULI INSTRUMENTUM INSTRUMENTORUM.



Multiplica CD vel CE per totum et productum diuide per BC vel AC, exit numerus quærendus in ſecundo canone.

Foramen I 440
II 74
III 100

DIE 15 MARTIJ.

			facit	Altitudo ⊙ centri
Diameter ⊙ 30.48 I	BC 8795 AC 8805	CD 12066 CE 12310	53.54.42 54 25 30	35.49.12
Diameter ⊙ 30. 6 II	BC 13163 AC 13237	CD 18040 CE 18485	53.53. 0 54.23. 6	35.51.57
Diameter ⊙ 30.44 III	BC 17547 AC 17653	CD 24050 CE 24653	53.53. 7 54.23.51	35.51.31

Ergo vera altitudo ⊙ 35ᵖ 51' 40'' die 15 Martij, bona.

DIE 16 MARTIJ.

Diameter ⊙ 30.50 I	CD 11900 CE 12140	135304 137876	53.32. 0 54. 2.50	36.12.35
II	CD 17789 CE 18216	135144 137561	53 30 2 53 59 5	36.15.27
III	CD 23717 CE 24303	135162 137614	53 30 14 53 59 43	36.15. 0

Altitudo ⊙ die 16 36ᵖ 15' 0'' bona
Iuxta æquinoctium Diameter ⊙ 30' 50''

In ſolſtitio æſtiuo die 14 Junij deprehendi

			facit	
Diameter ⊙ 30. 4 I	CD 18853 CE 19327	CB 29918 CA 30082	32 13. 2 32.43. 6	57 32 fere
Diameter ⊙ 30. 8 II	CD 25122 CE 25767	CB 39880 CA 40120	32.12.30 32.42.38	57.32.26
Diameter ⊙ 29.30 III	CD 29423 CE 30125	CB 46700 CA 46900	32.12.50 32.42.20	57.32.25

Colligitur itaque ex duobus poſtremis Altitudo ⊙ 57ᵖ 32' 25''.
Cumque ⊙ abſit a ſolſtitio æſtiuo in Meridie eius diej ad ſummum $2\frac{1}{8}$ᵖ faciunt hæc in declinatione 1' 5''. Summa itaque altitudo ⊙ in ipſo ſolſtitio æſtiuo Huenæ fuit 57ᵖ 33' 30''.
Idem deprehendi die 12 Junij, nam tunc ex ſupremo foramine fuit CD 29400, CE 30100 quæ dant Altitudinem ⊙ ſolſtitialem 57ᵖ 33' 30''.

DIE 16 SEPTEMBRIS.

I	CD 30527 CE 31195	CB 19990 CA 20010		
II	CD 45687 CE 46827	CB 29918 CA 30082	56.46.52 57.16.58	
III	CD 61528[1] CE 62410	CB 39880 CA 40120	57 15 54	Alt. 32.44.6

[1] A Tychone linea inducta. Supra ſcripſit: »Error«. Oportet eße circiter 60865.

Tabula Paralaxium ☉

Altitudo	Paralaxis	Altitudo	Paralaxis
0	2 58	50	1 54
5	2 57	55	1 42
10	2 55	60	1 29
15	2 51	65	1 15
20	2 47	70	1 1
25	2 42	75	0 46
30	2 35	80	0 31
35	2 26	85	0 15
40	2 16	90	0 0
45	2 6		

Iuxta Copernicum ☉ in Apogæo Eccentri facit paralaxin Maximam circa Horizontem 2.55. In perigeo vero Eccentri facit eandem 3' 7''. Medium horum eſt 3'.
Eſt itaque in ſolſtitio hyberno paralaxis 3 Minutorum.
In Æquinoctijs 2½.
In ſolſtitio æſtiuo 1½ atque hæc vbique addenda altitudini obſeruatæ vt exiſtat vera.

Tabula mutationis declinationis ☉ circa Æquinoctia in Horis vbi vna hora mutat declinationem 0' 58'' 35'''.

H		H	
1	0' 59''	13	12' 42''
2	1 57	14	13 40
3	2 56	15	14 39
4	3 54	16	15 37
5	4 53	17	16 36
6	5 52	18	17 35
7	6 50	19	18 33
8	7 49	20	19 32
9	8 47	21	20 30
10	9 46	22	21 29
11	10 44	23	22 27
12	11 43	24	23 26

Vt autem ad datam declinationem ſcias tempus reſpondens, accipe pro ſingulis minutis declinationis vnam horam et inſuper ſeſquialteram partem minutorum, vt ſi declinatio fuerit 20' 30'' facit in tempore $21^{H}\,0^{M}$.

OBSERUATIONES QUARUNDAM STELLARUM IN AZIMUTO ET ALTITUDINE.

DIE 2 JANUARIJ.

fuit ſtella polaris a me obſeruata Hora P. M. 5 M. 18 S. 10 in Azimuto verſus occaſum G. 0 M. 37, Altitudo 58 52 vel 51.

Hora 5.42' 35'' obſeruaui eandem in Azimuto 1^{g} 18', Altitudo 58.49.

Hora 6 M. 0 rurſus obſeruaui et inueni ſtellam polarem in Azimuto verſus occaſum in meridiano 1^{p} 40', Altitudo 58.42 vel 41½.

H. 7 M. 16 S. 40 fuit lucidior duarum anteriorum ſtellarum Vrſæ minoris in Meridiano habens altitudinem 41^{p} 41'.

DIE 3 JANUARIJ.

Mane oriri viſa eſt ☾ Hora 4 M. 0 S. 0.

Hora 4 M. 32 fuit ſtella polaris in Meridiano infra polum, cuius tunc altitudinem minimam accepi 52.55, bona obſeruatio.

Poteris itaque absque vnius minuti errore vti eleuatione poli 55.53.
Altitudo Iouis meridiana fuit poſt 5 M. 18 circiter, nam paululum erat ingreßus lineam meridiej, paulo poſt 30^p 10'.
Altitudo Spicæ Meridiana 25^p 10'. Hora 5.40 fuit Spica in Azimut 86.40, Alt. 25.5.
Hora 6 fuit diſtantia inter Martem et cor Scorpij p. 4.38 per Radium.
Paulo poſt inter mediam in fronte ♏ et ♂ p. 7 M. 18.

DIE 4 JANUARIJ.

Hora 5 M. 11 fuit ſtella polaris in Azimuto 0^g 48' habens altitudinem 58^p 51' vel 51½ ad ſummum. Hora 5 M. 30 fuit eadem in Azimuto p. 1 M. 20 habens altitudinem partium 58 M. 47, ſuper hac poteris operari.

DIE 5 JANUARIJ.

Hora 5 fuit ſtella polaris in Azimuto 58.49 ἐν πλάτει.
H. 5 M. 42 vidi quod extrema caudæ vrſæ maioris eßet in meridiano habens altitudinem 17 M. 23.

DIE 10 MARTIJ.

Caudæ Cygni altitudo minima 9^p 50'.
Nota. Spicæ altitudo meridiana vera eſt 25.10½, fide huic.

DIE 15 MARTIJ.

Hæc obſeruauit Petrus Jacobi in ♃ cum eßet quaſi Acronychus per Sextantem vt puto[1].
Hora 12 M. 37 Spica in Merid. altit. 25.11.
Sed ♃ meridiana alt. paulo ante 31 57.
Diſtabat autem ♃ eodem tempore a Spica in antecedentia p. 9.22½.
Sed ſubtrahenda paralaxis inſtrumenti quam colligere potes a cæteris obſeruationibus per Sextantem ferreum factis, quæ poſtea reperiuntur.
Hora 1 M. 51 Auſtralis lanx ♎ habuit altitudinem meridianam 19 51¼.
Atque hac obſeruatione omnium prima vti potes in loco Apogæi ♃ verificando, conferendo cæteras ſequentium annorum per totum eccentricum.

DIE 17 MARTIJ.

H. 12½ ♃ a Spica diſtabat 9.38, quod comprobat priora recte ſe habere.

DIE 15 JULIJ.

H. 9½ ☾ centrum in merid. 4.48.

DIE 16 JULIJ.

H. 10½ Idem 4.58 bona. Intellige vbique centrum lunæ.

DIE 13 AUGUSTI.

Hora 9¼ P. M. Fuit altitudo ſupremæ circumferentiæ ☾ in meridiano	6^g	25^m
♄ altitudo in meridiano	11	42
Diſtantia in latitudine inter ♄ et ſuperiorem ſuperficiem ☾	5	5

[1] In codice obſeruationes huius diei bis reperiuntur, in hoc loco (a Tychone inſertæ) et in »Libro diſtantiarum«.

DIE 25 AUGUSTI.

8H 3M fuit ſtella polaris in Azimuto gr. 5 M. 5, poſtea correxi ita vt
8 18 fuerit in Azimuto 5° 14'.
Super hoc obſeruaui quod vultur volans fuit in meridiano hora
8 39, correct. 8 M. 38, habens altitudinem Partium 42 M. 0.
10 18⅔ Siniſter humerus ♒ fuit in meridiano habens altitudinem 26P 46m
10 38 Os Pegaſi fuit in Azimutho 2 g. M. 0 verſus occaſum, habens altitud. 42 6
10 53 dexter humerus ♒ 31 50
11 10 Coniungebatur ☾ cum pede Erichtonij communi cum cornu ♉, ita vt ſuprema circumferentia remoueretur ab eadem ſtella verſus auſtrum ad quantitatem diametri ſui corporis.
11 52 Spina in ala Pegaſi fuit in meridiano habens altitudinem[1] 47m
12 3 fuit Scheat Pegaſi in Azimuto p. 5 M. 7 verſus occaſum habens altitudinem 59 53

Nota. Horologium in 24 horis 3 Min. celerius quam oportuit monſtrauit, vnde a tempore præcedentium obſeruationum 1 M. [ſubtrahendum eſt].

DIE 26 AUGUSTI.

☉ occidit hora 6 M. 49 iuxta horologium.
Hora 8 rectificaui inſtrumentum . . .[2] quod Stella polaris caderet in Azimut 5.15.
Super hac rectificatione quam metior ex ſuperiore hæc obſeruaui.
8H 23M fuit ♄ in meridiano habens alt. 11g 43m bona
8 37 Lucida Vulturis 41 59 vel 59½

Horologium in meridie ſequente exquiſite ad punctum 12 horæ reuerſum eſt, vnde præcedentes obſeruationes factæ heri veſperi in tempore ſunt ſatis exquiſitæ.

Locus autem ☉ in meridie diej 27 ex obſeruatione exquiſita fuit in 13 gr. 18 M. ♍.

Nota. Latitudo ♄ magis concordat cum calculo Alphonſi iuxta obſeruationem Diej 26, nam locus ♄ ſi ponatur in 17 ♑ erit declinatio 22° 23' abſque latitudine, vnde altitudo 11.45, ſed obſeruatio dedit 2 minutis minorem, quare latitudo ♄ pene nulla vel potius 2 minutis verſus auſtrum, cum Prutenicus calculus habeat ⅔ vnius gradus verſus boream ex Stadij annotatione, Alphonſinus vero 5 ſaltem in latitudine boreali a qua 7 M. ſaltem differt obſeruatio.

DIE 27 AUGUSTI.

8H 16⅔M Fuit ♄ in meridiano habens altitudinem 11° 46'
8 31⅓ Lucida vulturis 42 0
8 50½ Lucida Antinoi 32 10
8 56 Superius Cornu ♑ 20 26
8 58 Inferius cornu ♑ 18 10
10 10⅓ Siniſter humerus ♒ 26 48

10H 24⅔M Os Pegaſi 42° 10'
10 28 ☾ oriebatur.
10 45 Dexter humerus ♒ 31 52
10 49 Caput Pegaſi 38 20

Horol. ad ſequentem meridiem ibat 3 minutis tardius.

[1] Gradus deſunt in codice.
[2] Hoc verbum legere non potuimus, fortaße »ponendo«; ad latus paginæ.

DIE 28 AUGUSTI.

6H 40½M iuxta horologium ⊙ occidit.
8 25 Lucida Vulturis 42° 0′
8 44½ Lucida Antinoi 32 11
8 49½ Sup. cornu ♑ 20 25

8 57 fuit ſtella polaris in Azimuto 4° 47′ atque hinc poteris verificare præcedentia azimuta.

Nota. Horologium in 13 minutis non attigit meridiej tempus, forte quod interea aliquam remoram habuerit, quapropter præcedentes obſeruationes in tempore non ſunt veræ.


DIE 29 AUGUSTI.

8 2 ♄ in meridiano, altit. 11° 46′
8 16 Vultur in meridiano 42 0 vel paulo minus
8 35⅝ Lucida Antinoi 32 10

8 41 Sup. cornu ♑ 20° 26′
8 43⅝ Inferius cornu ♑ 18 9
Horologium tardius ibat ad meridiem ſequentem minutis 22.

DIE 15 SEPTEMBRIS.

11 57 ☾ fuit in meridiano habens altitudinem 35° 10 idque quo ad ſupremam circumferentiam. ☾ in 1.20 ♈ hora 12. Cœlum mediat H. 11 M. 57, Sole exiſtente in 2.11 ♎.
Nota. Hoc conuenit cum motu ☾, ergo horologium tunc verum erat.
12 25 Initium obſcurationis iuxta horologium, cœli medium 10.0 ♈. Humeri Orionis maxima Altitudo 14⅚. Azim. 8⅚ ab ortu verſus meridiem. Reſp. Aſc. R. M. C. 9.0, facit in tempore 12H 28M.
12 40 Senſibiliter ☾ defecerat, adeo vt media eclipſis fuerit Hora 12.45 Min. in horologio ἐν πλάτει. Eadem ſtella, altitudo 17° 30′, azimut 12° 50′. Videbatur quinta pars de ☾ offuſcata ad oculum, id eſt 2½ digiti fere.
Per Radium obſeruata eſt diameter illius corporis 29′, ſed per Sextantem 25′ ἐν πλάτει.



1 10 ☾ adhuc ita laborauit in tenebris vt vix diſcernere potuerim certo, an præterierit medium Eclipſeos, ſed exiſtimo quod ſit.
1 30 Inter ☾ limbum proximum et Martem (N.B. ♂ iuxta ⊙ ☍) 11g 40′
1 45 Diſtabat proximus limbus ☾ a lucidiore ſtella in cornu dextro ♈ 26 45[1]
1 55 A prima ſtella ♈ idem limbus ☾ diſtabat 25 20[2]
2 10 ☾ integrum lumen viſa eſt recepiße iuxta horologium.
Eadem lucida ſtella humeri Orionis habuit Az. 32° 22′, Alt. 28 16
Aſc. R. M. C. 34, tempus Hora 2 M. 10.

2 52 fuit diameter ☾ 32 M. Sextante et Radio accepta.

Fuit itaque medium Eclipſis hora 1 M. 17 P. M. noctem. Eclipſabatur autem de ☾ digiti 2½ vel paulo plus, nam quinta pars diametri ☾ viſa eſt latere.
Horologium in ſequenti meridie 2 minutis celerius ibat, quod inſenſibile erat in obſeruatione.

[1] In margine: »*Correcte per globum 27 4*«.
[2] In margine: »*25 54*«.

ECLIPSIS ☾ ANNO 78 15 SEPTEMB.

Nota. Vt conueniat locus ☾ cum tabulis prutenicis ad noſtrum meridianum oportet auferre de tempore tabularum 1 H. 5 M. ut ſit longitudo noſtri loci partium 28 M. 0.

	Initium		Medium		Finis	
	H	M	H	M	H	M
Iuxta calculum Alphonſi	13	35	14	15	14	55
Iuxta calculum Stadij	12	35	13	25	14	15
Iuxta obſeruationem	12	25	13	17	14	10

Facta rectificatione temporis ex humero Orionis fuit Eclipſis

Initium 12 28
Medium 1 22 } bonæ[1].
Finis 2 16

Calculus prutenicus dat Medium tempus Eclipſis ☾ H. 1 M. 50 P. M. N., differentia eſt 28'.

Hora 0 M. 22 p. M. N. quando Eclipſis ſequebatur ☉ erat in 2 gr. 11 M. 20 S. ♎, ☾ in primo gradu 20' 9'' ♈. Differentia 51' 10''. Fuit itaque vera ☍ H. 1 M. 53 P. M. M.

N.B. Locus ☉ in meridie antecedente e noſtris Neotericis tabulis poſtmodum correctis fuit in 1.45½ ♎, aſt in media nocte ſequente eſt in 2.15 ♎, et hora 1 M. 22 quando medium Eclipſis fuit, erat ☉ in 2.18⅓ ♎.

N.B. DE ECLIPSI ☾ ANTECEDENTE.

Quando luna incepit ingredi in vmbram ex Azimutho lucidi humeri Orionis p. 8 M. 50, colligitur tempus fuiße primi ingreßus M. 26 P. M. N., quod ſaltem vnico minuto excedit Horologij indicationem, et fieri poteſt vt luna vno minuto fuerit attingens vmbram terræ antea, licet idipſum viſui non patuerit, ideoque verius Eclipſis principium cum ipſo horologio rectius conſentit, altitudo humeri Orionis quidem dat tunc tempus 2 pene minutis vlterius, ſed id potius ob refractionem, quia ſtella altior apparuit, quam reuera fuit refracte viſus.

Vltimus finis Eclipſis erat, quando meridianum occupabat p. 34 M. 40 æquatoris, quod concordat ſatis tam cum altitudine quam Azimuto eiusdem lucidioris in humero Orionis, eratque tunc altior et refractioni non obnoxia ſtella, datque tempus H. 2 M. 10 a media nocte, quod cum horologio ſatis conuenit, ab initio itaque ad finem eclipſis viſibilem excurrebant H. 1 M. 44 vel potius ad ſummum hora 1 M. 45, quorum dimidium eſt H. 0 M. 52½ quod quidem eßet tempus incidentiæ vt vocant, ſi æquale eßet vt fruſtra opinantur, verum quia colligitur lunam a primo ingreßu ad medium conſumpſiße proxime ſeſquialterum tantum temporis, atque a medio ad finem erit prior incidentia H. 1 M. 2 proxime, poſterior ſaltem 43 minutorum, ideoque medium eclipſis fuit hora 1 M. 27 quam proxime, ſed potes hæc ipſa ſcrupuloſius alias colligere per mechanicam inquiſitionem, quantum videlicet tranſierit ab initio eclipſis ad medium et poſtea ab hoc ad finem. Locus ☉ tunc erat in 2.19 ♎.

Nota. Apparuit quidem luna prius eße in media vmbra ſed reuera nondum fuit in ☍ ſolis vt patet ex delineatione. Ego mechanice feci periculum et ſic luna conſumſißet transeundo per vmbram ſi quinta pars in ea latuit

[1] **Lineis inducta. In libro Progymnasmatum Tycho dicit medium eclipſis fuiße 13^h 17^m (pagina 02). Longomontanus (Aſtr. Dan. p. 192) habet 13^h 24^m.**

a principio ad finem H. 1 M. 50, igitur initium erat hora 0 M. 23, finis hora 2 M. 13. Ergo medium 1ᴴ 18ᴹ pone.

N. B. Ego insuper subduxi paralaxes ☾ e calculo prutenico ad certa tempora iuxta hanc Eclipsin in hunc modum.

H M	Alt. ☾	Dupla a vertice	Paralaxes in verticali	Paralax. long.	Paral. latitud.
11 57	34 55	110	45′ 1″	0 18	0 41
1 30	32 10	116	46 22	0 28	0 36½
1 55	30 30	119	47 0	0 31½	0 35
				subt.	subt.

Duplicem ☾ a sole et anomaliam æquatam sumpsi e tabulis prutenicis, altitudinem ☾ per globum maximum.

Si viæ lunaris non solaris adhibeatur ratio in motu ☾, tunc ☾ a principio obscurationis ad medium eclipsis consumpsit saltem 47 M. et a medio ad vltimum finem 57, atque hoc videtur rectius quadrare, ita vt medium eclipsis fuerit hoc modo H. 1 M. 12, quod etiam rectius quadrat cum ijs quæ annotata sunt inter obseruandum.

Initium Eclipsis 0ᴴ 25, Finis h. 2 M. 10. Ergo medium erat H. 1 M. 17½, verum respectu poli Eclipticæ tunc non erat ☾ exacte in ☍ Solis sed duobus minutis ante. Ergo erat locus eius in p. 2 M. 16 ♈ hora videlicet antedicta.

Locus cap. draconis prut.	*22.39 ♓*
Ex Alphonsino	*22 46*
Differentia vtriusque	*7*
Verus locus ☊	*22 43 ♓*
Distantia ☾ a nodo	*9 33*
Latitudo ☾ ad med. eclipsis	*0 50 Borea.*

H M	☾ longit.	lat.
0 25	1 50 ♈	0 48
1 18	2 16 ♈	0 50
2 10	2 42 ♈	0 52

Hæc en plati alias potes accuratius expiscari.

N. B. 1ᴴ 30ᴹ posito loco lunæ viso in p. 1 M. 54 ♈ et lat. 0.14 Borea vt colligi potest ex antecedentibus et assumpta latitudine ♂ p. 4 M. 47 prouenit eius longitudo in distantia a lunæ limbo sibi proximo in p. 12 M. 40 ♈. Verum si distantiam limbi ☾ proximi a lucida ♈ considerauero limitando omnia diligenter et ad hoc tempus redigendo prodit longitudo ♂ in p. 12 M. 51¼ ♈. Insensibiliter itaque aberrabimus si Martis locum tunc temporis assumpserimus p. 12 M. 45 ♈ vel ad summum p. 12 M. 50 quod forte verius erit. Calculus Prut. 9.36 ♈, Alphonsinus 16.18 ♈. Exuperat autem hoc in loco calculum Prutenicum p. 3½, deficit ab Alphonsino p. 3 M. 28.

Atque hinc potes colligere quando Martis stella fuerit in solis ☍ ponendo potius quod eo die et hora fuerit eius longitudo in p. 12 M. 50 ♈, neque enim propius hoc loco ad veritatem accedere licebit, sumpsi enim distantiam limbi proximi ☾ a secunda ♈ hora 1 M. 45 p. 26 m. 48 paululum maiorem quam ipsa dedit obseruatio, et hinc cætera sum ratiocinatus anticipando locum ☾ per octona minuta in H. 1 M. 30. et omnia in globo maximo perfeci, vt vix sensibilis subesse possit differentia, si locum ♂ ponas 1½ H. P. M. N. diej 15 Sep. in p. 12 M. 50 ♈, atque hinc eius ad solem ☍ deduxeris.

Potes hæc omnia ad calculum et demonstrationem in motu Martis Achronichij examinare.

Nota. Quantum ad priorem inquisitionem in motu ♂ attinet, deduxi illam e loco ☾ in ☍ solis et assumpsi hoc modo. H. 1 M. 30 ☾ centrum in 2 22 ♈ }
latitudo 0 51 borea } vera
longitudo visa 1 54 ♈
latitudo visa 0 14 borea

Hinc ex limbo ☾ Marti proximo proveniebat assumpta ♂ lat. 4 47 M. quasi intermedia inter vtrumque calculum Alphonsinum et Copernianum, quem-

admodum e correctione diej 23 Octobris adinueni, vt patet e ſequentibus, collegi e globo maximo long. ♂ fuiße in p. 12 M. 40 ♈. Verum ex diſt. limbi ☾ 1ᴴ 45ᴹ in antecedentia per 8 minuta ad 1ᴴ 30ᴹ retracto ab ea quæ eſt ſecunda ♈, ita vt aßumeretur tunc p. 26 M. 48, prodit long. ad horam 1 M. 30 in p. 12 M. 52 fere ♈, ergo conuenientius fecerimus, ſi accipiatur long. ♂ p. 12 M. 50.

DIE 29 SEPTEMBRIS.

6ᴴ26ᴹ	fuit Vultur volans in Azimuto verſus occaſum	5ᵍ50′
	habens altitudinem	41 48
6 45	Lucida Antinoi in azimuto verſus occaſum 5 42, altitudo	31 59
7 45	Siniſter humerus ♒	26 48
7 53	Præcedens duarum in cauda ♑ altitudo	15 42
8 0	Os pegaſi	42 10
8 11½	Poſterior duarum in cauda ♑ azim. verſus occaſum 2 52, altitudo	16 4½

DIE 3 OCTOBRIS.

6 0	Aquila Azim. verſus occaſum 2° 10′ Alt.	41 55
6 23	Poſterior in cornu ♑	18° 4′
7 36	Siniſter humerus ♒	26 47
7ʰ48ᵐ	Poſterior duarum in cauda ♑	16 10
8 10	Dexter humerus ♒	31 59

DIE 5 OCTOBRIS.

6 8	Aquila alt.	41 59½
7 48	Siniſter humerus ♒	26 49
8 2½	Os pegaſi	42 10
8 22½	Dexter humerus ♒	31 51½

DIE 7 OCTOBRIS.

6 3	Aquila	41 59
6 10½	fuit ☾ in meridiano atque eius ſuperius cornu habuit altitudinem	7 25
	diametro ipſius exiſtente 34′, vnde vera altitudo centri fuit	7 8
6½	fuit in azimuto 3½, alt. 7° 20′	
6 35	azimut 5, alt. 7 17	
6 38	azimut 6¾, alt. 7 15, eius diametro exiſtente 34′.	

Proxime ſequenti Meridie horologium ſuperauit 12 horam minutis 22 fere. Ob hunc horologij errorem ſubtracta ſunt a tempore obſeruationis ☾ videlicet H. 6 M. 10½ 5′ 40″.

Calculus motus ☾ ad annum 1577 menſem Septemb. d. 6 H. 18 M. 21 ſecund. 15 tempus æquale et reductum.

Verus ☾ locus ab æq. vero 4ˢᵉˣ 51° 35′ 42″. Eſt igitur ☾ in 21 gr. 35 M. 42 ſecund. ♑. Latitudo ☾ vera auſtralis, ☾ aſcendente, 4° 19′ 28″.

Die 8 6ʰ 2ᵐ Aquila 41 59½
Die 11 5 44 Aquila 42 0
Die 13 5 37 Aquila 41 59 50″

DIE 23 OCTOBRIS.

6ʰ 40½	Siniſter humerus ♒	26 49 vel 48
6 48½	Spina in cauda ♑	15 41
6 54½	Os pegaſi	42 11 vel 10
7¼	Dexter humerus ♒	31 52 (½)
7 51½	Lucidior inter duas in collo Pegaſi	42 51
8ʰ 13⅚ᵐ	Scheat Pegaſi	60 0
9 17	Caput Andromedæ	60 55
9 21⅜	Poſterior alæ pegaſi	46 58½
9 51½	♂	34 44

N. B. ♂ iuxta ☍ ſolis, ſtationarius fere.

Sequenti proxime meridie horologium velocius ibat ſaltem 50 ſecundis. N. B. Provenit ad diem 23 Octobris H. 9 M. 51½ a meridie Aſc. Recta Martis p. 5 M. 25 et declinatio 0.36 Borea. Limitatione diligenter facta ideoque

	Long. ♂	Latitud.	
Ex obſeruatione	5 12½ ♈	2 5½ Merid.	*Pone ♂ 5.12 ♈ cum lat. 2.5 M.*
Calc. Prut.	2 24 ♈	2 35 M.	*et inſenſibiliter aberrabis.*
Calc. Alph.	6 59 ♈	1 33 M.	

DIE 18 NOUEMBRIS.

5^h 37^m *P. M. diſtabat ♀ a ♄ in conſequentia* 2^g 23′

DIE 24 NOUEMBRIS HÆC OBSERUAUI.

6 1½ *Diſtabat limbus ☾ proximus Spicæ a Spica* 12 36
Videbatur autem viſibilis coniunctio cum ea quæ eſt ſecunda in ſiniſtra ala Virginis, nam linea ducta per cornua ☾ incidebat in dictam ſtellam, et diſtabat ☾ ab ipſa ſtella p. 4 M. 0 idque per radium, et quoad proximam circumferentiam ☾ ipſi ſtellæ.

6 12 *Eadem diſtantia per Sextantem 4 p. 22 min. cum parallaxi, et eſt melior.*

6 23 *☾ a Spica vt ſupra* 12 24

7 16 *Inter ☾ limbum proximum et Spicam per Radium* 11 56
per Sextantem 12 5

7 36 30^s *☾ limbus illuminatus exterior fuit in meridiano habuitque ſuprema circumferentia ☾ altitudinem* 30 10
Diſtabat vero tunc temporis limbus ☾ a Spica 11 56 vel 57½
Verius 11 43

8 24 *vel paulo ante ☉ oriebatur.*

8 43 *Inter limbos duorum luminarium, per radium* 65 55
Cumque locus Spicæ verificatus ſit in 18^g *8′ ♎ erit locus ☾ viſus quoad limbum hora 7 36½ quando erat in meridiano 6.25 ♎. Verum hora vna poſt cum 7 minutis fuit locus ☾ viſus (nam motus horarius eſt 36′) in* 7^g *5′ ♎. Locus itaque Solis apparens hora 8 M. 43 paulo poſt ortum ſuum fuit in* 13^g *0′ ♐ quod minime quadrat propter magnitudinem diſtantiæ ſed repete ſequentibus diebus.*

9 55 *Diſtabant limbi luminarium* 65 40
☾ fuit in 7.48 ♎ quoad limbum, eßet itaque ☉ in 13.28 ♐. Nota, latus veræ diſtantiæ eſt ſaltem 2 minut. minus ob latitudinem ☾.

10 9 *Diſtabant* 65 34
Locus ☾ tunc in 7.57 ♎. Ergo ☉ in 13.29 ♐ ſubtractis duobus minutis a 34 atque ſic locus ☉ etiam abundat.

11 53 *iuxta Horologium ☉ fuit in meridiano, ergo inter ☾ et ☉ tranſitum per meridianum fuerunt horæ 4 minuta 16 iuxta horologium quod non ſatis erat emendatum.*
Aſcenſio R. ☾ tempore ſui tranſitus per Meridianum 185.6 ponendo latitudinem 2 p. auſt. Reſpondent tempori interlapſo 64.10. Ergo Aſc. R. ☉ 249.16, reſp. 10.50 ♐ quod minime quadrat cum priori, ſed error eſt in tempore.[1]

[1] Hæ quatuor annotationes a Tychone inter obſervandum ſcriptæ ſunt.

DIE 22 DECEMBRIS.

Mane hora 6¾ vidi quod ♃ admodum erat propinquus lucidiori et meridionaliori lancis: diſtabat enim ab hac ſaltem minutis 50 verſus boream, idque in ea linea quæ ducitur a dicta ſtella in arcturum. Bona obſeruatio, fide huic, bis obſeruaui idem.

7ʰ 8ᵐ Diſtabant eodem modo minutis 48 bis, per Sextantem.
7 18 — 49 ſemel, per Sextantem.
6 42 Diſtabat ☾ a Spica in antecedentia in eadem cum ea latitudine viſa grad. 2 M. 25
6 58½ Diſtabat 2 21
7 58 diſtabat 2 8

Subtracta ſemper pro parallaxi inſtrumenti 2 m. Superior pars ☾ habuit eandem latitudinem.

DECEMBRIS[1]

Die 25	Altitudo maxima ſtellæ Polaris fuit	58° 56′
Die 29	Eadem deprehenſa eſt	58 56
Die 31	Altitudo eadem fuit	58 55¾

[1] Hæ obſeruationes ſtellæ polaris reperiuntur in codice ad finem »Libri diſtantiarum«. A Petro Jacobi Flemløſe diſcipulo Tychonis factæ ſunt.

Liber distantiarum Stella-
rum affixarum per sextan-
tem Astronomicum et RA-
dium, ab initio Anni
1578
in Insula Huena
diligenter obserua-
tarum



LIBER DISTANTIARUM STELLARUM AFFIXARUM PER SEXTANTEM ASTRONOMICUM ET RADIUM AB INITIO ANNI 1578 IN INSULA HUENA DILIGENTER OBSERUATARUM.[1]

Parallaxis inſtrumenti

G.	M.	G.	M.	G.	M.
1	1	11	12½	21	24
2	2	12	14	22	25
3	3½	13	15	23	26
4	5	14	16	24	27
5	6	15	17	25	28
6	7	16	18	26	29
7	8	17	19	27	30
8	9	18	20½	28	31
9	10	19	21½	29	32
10	11½	20	23	30	33

Hanc paralaxim oportet ſubtrahere ab arcu obſeruatæ diſtantiæ ſtellarum per ſextantem.

Cum paralaxi minoris en plati[2]

Absque omni paralaxi	34 50	Alias	34 49
Inter lyram et vulturem ſunt	34 10		34 11
Paralaxis	40	Paralaxis	38

Atque hoc ſatis concordat cum paralaxi inſtrumenti, nam 35 grad. dant 38 minuta

	28 30	
	28 2	
Paralaxis	28	tabula dat 31.

DIE 21 JANUARIJ.

De Quadrato Pegaſi. — Inter Scheat Pegaſi et caput Andromedæ	14° 14′
Inter primam alæ et caput Andromedæ	20 5
Inter primam et poſtremam alæ	16 33
Inter primam alæ et Scheat	12 45
Inter poſtremam alæ et Scheat	20 39
Inter caput Andromedæ et poſtremam alæ	13 58

DIE 22 JANUARIJ.

Inter caput Andromedæ et lucidam in balteo eius	14 14

Non ſatis exquiſita propter nubes interiectas.

DIE 4 FEBRUARIJ.

Inter borealiorem tertiæ magn. cornu dextri ♈ et poſtremam alæ pegaſi	24 31
Inter caput Andromedæ et eandem ♈ cornu	25 8

Antea autem notata eſt diſtantia capitis Andromedæ et poſtremæ alæ Pegaſi.

Inter caput Andromedæ et lucidam baltei	14 16
Inter eandem baltej et borealiorem in dextro cornu ♈ 3æ mag.	17 38
Inter lucidam baltej et lucidam in ſummitate capitis ♈	17 10
Inter eandem capitis ♈ et lucidam in ſiniſtro pede Andromedæ	18 44
Inter hanc in pede Andr. et lucidam baltej eius	12 16

Præcedentes obſeruationes non ſunt certæ propter inſtrumenti incertitudinem.

5 ET SEQUENTIBUS DIEBUS FEBRUARIJ.

De quadrato Pegaſi. — Inter Scheat et caput Andromedæ	14 6
Inter primam alæ et caput Andromedæ	19 58
Inter primam et poſtremam alæ	16 33
Inter primam alæ et Scheat	12 45
Inter poſtremam alæ et Scheat	20 36
Inter caput Andr. et poſtremam alæ	13 54

[1] Hic »Liber diſtantiarum« manu Petri Jacobi ſcriptus eſt.

[2] Neſcio rectene hæc verba legam, nam in ſumma pagina ſcripta ſunt, ubi folium poſtea paululum reſectum eſt.

Inter borealiorem tertiæ mag. in cornu dextro ♈ et poſtremam alæ pegaſi	24°	28′	
Inter caput Andromedæ et eandem in cornu dextro ♈	25	10	
Diſtantia inter caput Andromedæ et poſtremam alæ pegaſi ſupra notata eſt.			
Inter caput Andromedæ et lucidam baltej eius	14	16	
Inter eandem baltej et borealiorem dextri cornu ♈ magn. 3æ	17	45	30″
Supra data eſt diſtantia inter caput Andromedæ et boreal. dextri cornu ♈.			
Inter lucidam baltej Andr. et lucidam in ſummitate capitis ♈	17	15½	
Inter eandem capitis ♈ et ſiniſtrum pedem Andromedæ	18	43½	
Inter hunc pedem et lucidam baltej And.	14	16	
Inter informem quartæ magnitudinis ſupra ♈ dorſum et borealiſsimam trianguli	11	26	
Inter eandem trianguli et lucidam in ſummitate capitis ♈	11	23½	
Inter informem ſupra dorſum ♈ . . .[1]	10	16	30
Inter borealiorem tertiæ mag. in dextro cornu ♈ et oculum ♉	37	15	
Inter oculum ♉ et caput Meduſæ	30	57	
Inter borealiorem tertiæ magnitudinis in dextro cornu ♈ et lucidam capitis Meduſæ	21	33	
Inter eandem Meduſæ et ſiniſtrum pedem Andromedæ	11	49	
Inter pedem ſiniſtrum Andromedæ et borealiorem dextri cornu ♈ ſupra data eſt diſtantia.			
Inter Algenib Perſej et ſiniſtrum pedem Andromedæ	15	35	
Inter Algenib et capitis Meduſæ lucidam	9	10	
Inter Algenib Perſej et eam quæ eſt in genu eius ſiniſtro	11	13½	
Inter hanc et caput Meduſæ	9	19½	
Inter eandem capitis Meduſæ et ſiniſtram Perſej plantam pedis	12	46	
Inter hanc Perſej plantam et genu ipſius ſiniſtrum	8	5	
Inter pedem ſiniſtrum Andromedæ et humerum dextrum Perſej	14	57	
Inter hunc Perſej humerum et capitis Meduſæ lucidam	12	27	
Inter pedem ſiniſtrum Andromedæ et caput Meduſæ	12	6	
Inter plantam pedis ſiniſtri Perſej et oculum ♉	17	58½	
Inter eandem Perſej plantam et cornu ſiniſtrum ♉	19	54	
Inter oculum ♉ et ſiniſtrum eius cornu	16	33	
Inter oculum ♉ et ſiniſtrum humerum Orionis	15	52	
Inter humerum et ſiniſtrum cornu ♉	22	10	
Inter dextrum Orionis humerum et ſiniſtrum pedem tertiæ mag. auſtralioris Geminorum	13	32	
Inter eundem Orionis humerum et ſiniſtrum cornu ♉	22	4½	
Inter ſiniſtrum pedem tertiæ magnitud. auſtralioris Geminorum et ſiniſtrum cornu ♉	20	10½	
Inter canem minorem et dextrum Orionis humerum	25	59	
Inter eundem humerum et ſiniſtrum pedem auſtralioris Geminorum	13	29	
Inter eundem auſtralioris geminorum pedem et canem minorem	18	38	30″
Inter utrumque canem	25	36	
Inter pedem ſiniſtrum Orionis et eius humerum dextrum	18	33½	
Inter canem maiorem et ſiniſtrum Orionis pedem	23	42	
Inter canem maiorem et dextrum Orionis humerum	27	0½	
Inter dextrum genu Orionis et dextrum ipſius humerum	17	7	
Inter dextrum genu et ſiniſtrum pedem Orionis	8	24½	

[1] Nomen alterius ſtellæ deeſt.

DISTANTIÆ STELLARUM CASSIOPEÆ INTER SE ET POLAREM STELLAM.

Inter IV et XI	6° 4′	V et VI	4°45′
Per Radium, ad ſummum	6 5	VI et IV	7 10
Inter II et XII	4 56	Inter IV et Cynoſuram	28 30
IV et V	3 29	*Obſerva inter II et Cynoſuram.*[1]	

DIE 8 MARTIJ.

Paulo poſt mediatam primam horam fuit altitudo Spicæ meridiana 25 10

DISTANTIÆ.

Pectus ♉ et planta ſiniſtri pedis Perſej 19°28′, obſcure propter vicinitatem ☾.		Cornu ♉ dexter et dextra manus Erichtonij	13 24½
Oculus ♉ et pectus eiuſdem	9 18½	Hæc erichtonij manus et dexter eius humerus	7 36
Vterque Orionis humerus	7 26	Dextra manus Erichtonij et ſiniſtrum cornu ♉	11 0½
Siniſter Orionis humerus et poſtrema baltej	9 9	Vtrumque cornu ♉	7 42
Hæc baltei et dexter Orionis humerus	9 56½	Manus dextra Erichtonij et capra	11 49
Prima et Poſtrema baltej	2 42	Capra et humerus dexter Erichtonij	7 27⅓
Dexter[2] cornu ♉ et dexter humerus Ericht.	16 51		

DIE 15 MARTIJ.

♄ et ♂ diſtabant hora 4 a media nocte in latitudine quemadmodum viſus indicabat 1 g. 3 m. *N.B. ♃ iuxta ☍ Solis, fuit in ☍ die 20 Martij.*

DIE 17 MARTIJ.

Hora 6 m. 10 a meridie cum eßet ☉ prope horizontem occiduum obſeruaui Sextante diametrum eius viſum eße ſcrupulorum primorum 30.

DISTANTIÆ.			
Algenib Perſej et capra	18°53⅓	Algenib et dextrum cornu ♉	23°47′
		Hoc cornu ♉ et capra	13 19½

Lucida hydræ die 18 Martij[2] habuit altitudinem meridianam 27 16

DISTANTIÆ.			
Siniſter Orionis humerus et oculus ♉	15 53	Caſtor et Pollux	4 24½
Canis minor et Pollux	22 40	Per Radium vero eadem diſtantia diligenter capta eſt	4 28
Pollux et lucida pedis gemin. auſtr.	19 25	Caſtor et ſiniſtrum cornu ♉	27 43
Caſtor et lucida pedis	20 9	Hoc cornu et ſiniſter pes auſtral. gemin.	20 10½

$12^h\ 35^m$ Accepi altitudinem Spicæ ♍ 25 10½
♃ diſtabat a Spica in antecedentia 9 38

[1] Poſtea a Tychone additum.
[2] Sic in codice.

Hora 4 matutina ♄ diſtabat in conſequentia a lucida quæ eſt in capite ♐ * * * 12° 32′
Hora 4¼ remouebatur ♂ ab eadem ♐ ſtella 13 48
♂ ab auſtraliore dextri cornu ♑ 7 1
♄ et ♂ ab inuicem remoti 2 4
Auſtralior dextri cornu ♑ et lucida capitis Sagittarij 18 0

Hæ obſeruationes ſunt factæ in ipſo crepuſculo matutino cum ☉ mox eßet oriturus.

Vtere antecedentibus obſeruationibus pro Marte et corrige illas.

DIE 18 MARTIJ.

Cor ♌ et lucida colli eius	8°	17′
Siniſtrum femur et coxa ♌	5	4
Cor ♌ et ſtella 3æ mag. in maxilla eius	12	59
Hæc maxilla et lucida colli	8	43
Coxa et cauda ♌	10	13½
Femur ſiniſtrum et cauda ♌	8	22½
Lucida in dextra ala corui et tertia in ala ſiniſtra ♍	17	13
Eadem in ala ſiniſtra ♍ et Spica	14	21½
Spica et lucida in dextra ala corui	17°	55½
Borealior lancium ♎ et Spica	27	17
Auſtralior lancium ♎ et Spica	21	17
Vtraque lanx ♎	9	6
Interior in medio dextræ alæ ♍ et cauda ♌	18	4½
Cauda ♌ et tertia alæ ♍	20	26
Hæc alæ ♍ et ea quæ eſt in interiore parte alæ dextræ ♍	13	24½

DIE 24 NOUEMBRIS.

Inter Spicam et ſupremam in ala ♍	27° 8′	en plati
Inter propum et ſequentis ♊ caput	23 6	
Inter eandem ♊ et cor ♌	36 57	

THADÆI HAGECIJ ALIQUOT OBSERUATIONES MARTIS AD STELLAS FIXAS ET EARUM INTER SE.

Prima mea obſeruatio Anno 78 facta fuit die 24 Septembris hora 9 P. M. et deprehendi diſtantiam ♂ a prima ſtella ♈ per radium 20 g. 1′.[1]

Die 25 Sept. eandem diſtantiam inueni 20 27′.
Die 29 obſeruaui diſtantiam ♂ a prima ſtella ♈ 21 28
ſecunda 22 34
tertia 26 39
Diſtantia primæ ſtellæ ♈ a ſecunda 1 33
Diſtantia ſecundæ ſtellæ ♈ a tertia 4 1

Eodem die ex diſtantia ♂ a ſecunda ſtella ♈ inuentus eſt locus ♂ in 10 16′ ♈. Ex diſtantia vero ♂ a tertia ſtella inueni eundem locum ♂ in 8 26′ ♈. En locus ♂ eodem tempore ad diuerſas ſtellas conſideratus non oſtendit vnum et eundem locum. Ergo aut mea obſeruatio eſt falſa aut latitudines ſtellarum non ſunt veræ.

1 Octobris diſtantia ♂ a prima ſtella ♈ 21 42′
2 Octobris diſtantia ♂ a prima ſtella ♈ 22 3
ſecunda 23 15
tertia 27 24
3 Octobris diſtantia ♂ a prima ſtella ♈ 22 24
ſecunda 23 42
tertia 27 35

[1] In margine Tycho adſcripſit: »*NB. Oportet inquirere quantum radius hic in 20 G. aberret*«.

Poſita ſtellarum fixarum longitudine et latitudine ſi ad obſeruatas diſtantias inquirantur loca ♂, non conueniunt. Ideo aut loca ſtellarum ſuſpecta ſunt aut mea obſeruatio.

24 Decembris diſtantia ♂ ab eadem ſtella 7 52

In die ſacro nativitatis D. hora 6 P. M. obſeruaui diſtantiam ♂ a

prima	ſtella ♈	7 32
ſecunda		9 8
tertia		12 46

Diſtantia ſecundæ ſtellæ a tertia Arietis 4 9′ } maior ſuperiori quæ
Diſtantia primæ ſtellæ a ſecunda ♈ 1 38 } facta fuit 29 Sept.

Die 26 Decembris diſtantia ♂ a prima ſtella 7 14.

Spicæ altitudinem meridianam ſæpius obſeruaui 31 10′, poſita altitudine poli 50 7. Culminabat eodem tempore cum Spica 24 Hydræ cum 19 35. Eßet longitudo Spicæ iuxta meam obſeruationem illo anno in 17 30′ ♎[1].

[1] Harum obſeruationum duo extant exempla, in duobus foliis iisdem fere verbis ab Hagecio deſcripta. Cfr. epiſtolas Tychonis ad Hagecium anno 1590 die 23. Feb. et die 3. Auguſti ſcriptas. Infra ad finem anni 1579 et ad finem a. 1580 invenies alias obſeruationes ſtellarum fixarum ab Hagecio inſtitutas.

OBSERUATIONES ANNI 1579.

ALTITUDO SOLIS MERIDIANA[1].

JANUARIJ.

Die 1	12°16′ bona
3	12 $36\frac{1}{2}$ bona
4	12 $47\frac{3}{4}$ mediocris
13	14 38 vel $38\frac{1}{2}$ ad ſummum, bona
21	16 40 bona
27	18 24 bona, fide huic
28	18 41 mediocriter bona
29	19 1 bona ſatis

FEBRUARIJ.

1	*19 59 bona, fide huic*
2	*20 18 vel $18\frac{1}{2}$, bona, fide huic*
6	*21 41 bona, admodum fide*
7	*22 0 non ſatis exquiſita*
8	*22 $21\frac{1}{2}$ ſatis bona*
27	*29 29 bona, fide*

MARTIJ.

1	30 15 *ἐν πλάτει*, per foramen

POST ÆQUINOCTIUM VERNUM

18	*36 56 bona*
19	*37 19 mediocris*
20	*37 42*
23	*38 51 optima*
26	*40 $1\frac{1}{2}$ bona*

APRILIS.

4	43 20 mediocris
5	43 43 mediocris
7	44 26 bona
8	44 45 mediocris
12	46 $8\frac{3}{4}$ bona
14	46 50
15	47 8 bona
17	47 $46\frac{1}{2}$ bona
18	48 $5\frac{1}{2}$ bona
20	48 43 bona
22	49 20
23	49 38
24	49 $56\frac{1}{2}$
27	50 47 bona

MAIJ.

2	52 7 mediocris
4	52 37 bona
5	52 50 optima
14	54 $47\frac{1}{2}$
17	55 20
20	55 50 bona
Die23	56 $16\frac{2}{3}$ bona
24	56 24
27	56 45 bona
31	57 $7\frac{1}{3}$ bona

JUNIJ.

1	57 $11\frac{1}{2}$ bona
2	57 17 bona
3	57 20 bona
5	57 27 bona, fide huic, niſi error eſt in diuiſione inſtr.
6	57 30 bona
7	57 33
8	57 35
16	57 $33\frac{1}{2}$ ad ſummum 34, bona
17	57 33 bona
18	57 29 ad ſummum $29\frac{1}{3}$
19	55 26 bona
22	57 16 bona
23	57 $10\frac{2}{3}$ ad ſummum 11
24	57 $6\frac{1}{3}$ bona
25	57 0 bona
27	56 $49\frac{3}{4}$ bona

JULIJ.

2	56 14 bona
3	56 5 bona
4	55 57 bona
5	55 48 bona
6	55 $38\frac{1}{2}$ bona
7	55 29 bona
8	55 $18\frac{1}{2}$ bona
9	55 8 bona
11	54 $46\frac{1}{4}$ bona
12	54 35 *ἐν πλάτει*, propter raras nubes
16	53 44 bona
18	53 16 mediocris
19	53 2 bona
20	52 49
22	52 20 bona
27	51 1 bona
30	50 12 bona

AUGUSTI.

5	48 $22\frac{1}{2}$ *ἐν πλάτει* propter nubes tranſeuntes C. M.
10	46 48 bona
11	46 29 bona
14	45 27 bona
18	44 $3\frac{1}{2}$
24	41 54 bona
27	40 47 mediocris
28	40 25 bona
30	39 $39\frac{1}{2}$ bona

[1] Declinatio et longitudo Solis ex altitudine ſupputatæ ſæpe in codice reperiuntur, ſed eas hic imprimere operæ pretium eße non videbatur. Alt. æquat. 34° $6\frac{1}{2}$′ poſita eſt.

SEPTEMBRIS.	
3	38 7¾ bona
8	36 13 bona
9	35 50 bona
10	35 26 bona
11	35 2 bona
13	34 15 ἐν πλάτει propter nubes
20	31 30 optima, fide
24	29 58 bona
25	29 35¼ bona
26	29 11 bona
OCTOBRIS.	
1	27 16½ bona
6	25 23 20″ bona
9	24 17 15″ bona
10	23 55 bona
21	20 7½ mediocris
22	19 48½ bona
23	19 29½ bona
31	17 4 bona
NOUEMBRIS.	
12	14 3 bona
DECEMBRIS.	
5	10 52
11	11 40½ ad minim. 40′, bona
14	10 43 bona
21	11 3 ἐν πλάτει

ECLIPSIS SOLIS DIE 25 FEBRUARIJ.

4ᴴ20ᴹ in horologio fuit altitudo Solis p. 9 10′

4 30 fuit ⊙ in azimuto 22 p. 40 habens altitudinem 7 55

4 45 viſus eſt ⊙ adhuc totus lucidus in omni ſua circumferentia, adeo vt nihil tunc fuerit de eo a nobis absconſum, ſic etiam Mto 50 totus rotundus, ad minimum Mto 56 vel 55, pone 56.

4 57 Incepit parum in puncto verſus horizontem obſcurari exquiſite, nam Mto 58 ſenſibiliter videbatur.



5 [0] Senſibiliter videbatur abeße ſic:

5 5 Videbatur vnus digitus obſcuratus.

5 17 Pars illuminata habuit 20 minuta.

5 27 Viſa eſt tertia pars abeße iuxta oculum, fuitque ⊙ talis:



5 30 Sol fuit talis:

Inſtrumentum dabat Mta 17 partis lucidæ.



5 35 ⊙ viſus eſt occidere, quod ſupr. pars non videbatur de ⊙, igitur in tempore antecedente error fuit in M. 7. In nubibus poſt occaſum ⊙ apparuit color punicus et rubidus et nihil ... videbam ...[1]

6 45 Videbatur ſtella polaris in azimuto 4ᵍ 42′ cum debebat eße 5ᵍ 18′. Sol incepit obſcurari a parte inferiori quæ erat in eodem verticali circulo cum centro ſolis.

7 18½ Correcto inſtrumento Canis maior fuit in meridiano, habens altitudinem mediam 17ᵍ 55′ vel ad ſummum 56, eſt melius.

Poſito autem loco canis maioris in 8.35 ♋ cum latitudine 39.33 iuxta infimum prouenit ipſius Aſcenſio recta p. 96.53, Aſc. R. ⊙ 347.42. Vnde tempus a meridie erat H. 7 M. 16 S. 45, Differentia eſt 1 M. 30 S. Verum initium Ecclipſis H. 4 M. 55 cui potes fidere.

Anno 1597 quæ in hac Ecclipſi facta[2].

Parallaxis ☾ a ⊙ in circulo altitudinis 56 M. Ergo Longit. 45, Latitudin. 32, ob refractionem. De tempore admodum certi eße nequimus, Luminibus iuxta

[1] Hic verba nonnulla ob atramentum decoloratum legere non potui.

[2] Alia manu ſcripta.

Horizontem exiſtentibus. Posui autem medium huius deliquij H. 5⅚ quod magis noſtræ reſtitutioni congruat[1], ad id tempus ☉lis locus ♓ 16.37. Vera lunæ long. ♓ 17.16, latitudo 0.16½ B. ex noſtra reſtitutione.

Calculus novilunij ecliptici ex tabulis Prutenicis ſubductus[2].

H. 17 M. 44 S. 49 a media nocte diej 24 Feb. ſub meridiano Regij Montis. Digiti Ecliptici 5° 17′ 11″. Tempus incidentiæ H. 1 M. 1.

Initium	*4h 44′*	*Ergo nobis hic apparuißet initium*
Medium deliquij	*5 45*	*Eclipſis hora 4 mto 4, cum tamen 50*
Finis	*6 46*	*ſcrupulis ſerius viſum ſit.*

OBSERUATIONES RELIQUORUM PLANETARUM ET FIXARUM.

DIE 1 JANUARIJ.

Altitudo minima ſtellæ polaris 52g 56½.

Altitudo maxima eiusdem 58g 55′ in Azimuto 20′ verſus occaſum, non enim potuit videri in meridiano propter nubes.

DIE 2 JANUARIJ.

Altitudo minima ſtellæ pol. 52g 56′, maxima vero 58g 55½′

DIE 3 JANUARIJ.

Altitudo maxima ſtellæ polaris 58g 55⅚′.

DIE 2 FEBRUARIJ.

Hora 6 poſt meridiem vidi ☿ admodum bene apparentem, qui ſtatim poſt occaſum Solis paulo poſt ♀ inter ſtellas conſpici cœpit, ſed hora prædicta bis per Radium obſeruaui eius a ♀ diſtantiam et vbique inueni partes 14 M. 50 exacte. Pro verificando autem loco ♀ obſeruaui hora 6¾ eius diſtantiam a prima colli p. 15 20′ idque bis, et deinde eiusdem ab extrema alæ p. 10 M. 45, idemque bis inueni. Fueruntque hæ obſeruationes ſatis exquiſitæ.

DIE 3 FEBRUARIJ.

Hora 6 P. M. Inter ♀ et ☿ per vtrumque inſtrum. p. 13 M. 53, bona obſeruatio

6h 37m ☿ occidit apparenter.

6½	*Inter primam colli Pegaſi et ☿*	*19 7*	*per ſextantem, bona*
6⅚	*Inter extremam alæ Pegaſi et ♀*	*10 31*	
7	*Inter ♀ et primam alæ*	*15 19*	*bona.*

Hæ antecedentes omnes obſeruationes ſunt bis per vtrumque inſtrumentum repetitæ, ſunt itaque bonæ quibus fidere potes in verificando loco ♀ et ☿.

DIE 5 FEBRUARIJ.

8 38 P. M. Vidi quod ☾ prætergreßa eßet ſtellam in cornu ♉ communi cum pede Erichtonij ad duplum ſui diametri inter limbum proximum

[1] Cfr. Aſtr. inſt. Progymn. p. 02, vbi medium eclipſis 5h 50m eveniße dicitur.

[2] Alia manu ſcriptus. Hic finem ſolum ſupputationis damus. Tempora initii, medii, finis et annotatio ſequens a Tychone addita ſunt.

ſtellæ et lunam, habuit autem ſuperior pars ☾ eandem latitudinem viſam cum ipſa ſtella.

DIE 6 FEBRUARIJ.

Hora 6 P.M. Vidi diſtantiam inter ☿ et ♀ 11ᵖ 20′ ſatis exquiſite per vtrumque inſtrumentum. Deinde —

Hora 6½ inter ☿ et primam colli Pegaſi quæ eſt ad alam 17 40 en plati propter ☿ iam tendentem in occaſum ideoque minus evidenter apparentem.

7	*Inter ♀ et primam colli*	*14 30*	*ſatis bonæ*
7¼	*Inter ♀ et extremam alæ*	*10 0*	
	Inter Scheat et genu boreale Pegaſi	*5 0*	

DIE 7 FEBRUARIJ.

Hora 6⅛	*Inter ☿ et ♀*	*10ᵖ 55′*		*♀ circa hos dies*
6½	*Inter ♀ et primam colli*	*14 23*	*bonæ*	*ſtationaria, tendens*
	Inter ♀ et extremam alæ	*9 55*		*ad ☌ ☉.*

Acceßit itaque ab heſterno Vesperi ☿ ad ♀ M. 25 quod conuenit cum calculo Prutenico, vbi motus diurnus ☿ eſt 25′, Venere exiſtente ſtationaria, cum tamen Alphonſi calculus det vnum fere gradum in motu diurno

DIE 26 MARTIJ.

8ᴴ 13ᴹ P. M. Fuit ſtella polaris in Azimuto p. 4 M. 5 idque verſus occaſum. Hinc poteris verificare ſitum inſtrumenti in ſequentibus Azimutis.

DIE 17 APRILIS.

9ᴴ50′ 35″	Schedir Caßiopeæ,	Altit. 20° 10′	11ᴴ29′ 0″ VII Caßiopeæ	31° 22′
10 5 20	IV Caßiopeæ	24 23	en plati, poſtremæ obſeruationi non eſt fidendum.	
10 31 56	V Caßiopeæ	23 59	Diſtabat ♃ ab auſtrali lance minutis 56, capta diſtantia per Sextantem et Radium.	
10 57 25	VI Caßiopeæ	27 31		

11 58 48 Iovis altitudo meridiana 20 56

DIE 24 APRILIS.

9 18 15	XII Caßiopeæ fuit in Azimuto 2 gr. 20′ verſus ortum, habens altitudinem	22° 51′
9 39 39	II [altit. merid.]	20 10
9 49 20	IV [altit. merid.]	24 22½

DIE 22 JULIJ.

10 44	Aquila habuit altitudinem	41° 59′	Sequenti meridie horologium
11 8¾	Prius cornuum ♑	20 25½	tardius ibat 3 minutis.

DIE 10 AUGUSTI.

9 32 iuxta maius horologium, Aquila 41 59¼. Huic obſeruationi propter interuenientes nubes non multum fidendum eſt. Minus horolog. celerius ibat 2 minutis.

DIE 17 SEPTEMBRIS.

7 16¼ Fuit lucida Vulturis in Meridiano habens altitudinem 41 59

7 35 25^s Antinoi manus 32° 9½′
7 41 10 Sup. cornu ♑ 20 21

7^h 43^m 30^s Inferius cornu[1]
7 50 0 ♄ 13° 7′

DIE 24 SEPTEMBRIS.

6^H 50^M 20^S Aquila 41° 59¾′. Sequenti meridie horologium tardius mouebatur 1 M. 20″.

DIE 25 SEPTEMBRIS.

6 46 5 Aquila 41° 59⅝′
7 5 32 Manus Antinoi 32 10
7 10 42 Super. cornu ♑ 20 20

7^h 13^m 28^s Infim. cornu 18° 8′
7 20 50 ♄ 13 5

Nota. Horologium ſequenti meridie tardius ibat ſaltem 10 ſecundis.

DIE 5 DECEMBRIS.

Mane obſeruaui ſtellas Caßiopeæ in Meridiano infra polum hoc modo.

6 32 30 Lucida Cathedræ 22° 47′ bona
7 2 45 Schedir . . .[2] bona
7 18 25 Flexura 24 22 bona

ſed puto eam parum præteriße, reponenda itaque eſt.
7 44 27 ad pedem lucida 24° 0′ en plati.

Stella polaris habuit altitudinem minimam 52 56
Altitudo maxima fuit 58 54

7 49 Spica fuit in meridiano, inde potes corrigere horol. — Horologium in Meridie ſequenti 14 minutis celerius ibat, quorum eſt habenda ratio.

DIE 11 DECEMBRIS.

Correxi horologium per tranſitum ☾ per cardinem, ponendo locum ☾ hora tranſitus 9½ ♎ et tempus tranſitus H. 6 M. 39, hinc potes examinare et hoc et ſequentia tempora.

6 46 15 Lucida cathedræ 22^g 47′ vel 46½ bona
7 16 30 Schedir 20 10½ bona
7 31 30 Flexura 24 22 bona
7 59 20 . . .[3] 24 9

8^H 9^M 55^S Spica fuit in Azimuto 2^g 0′ verſus occaſum
8 13 45 rurſus in 3 0
8 17 40 4 0
Hinc potes reſtituere errores Horologii
8 2 10 Spica fuit in meridiano.

Eodem die ſtella polaris habuit altitudinem maximam 58 57

DIE 12 DECEMBRIS.

Stella polaris habuit altitudinem maximam 58 54, paululum extra meridianum propter nubes. Poſtea correctum fuit inſtrumentum.

DIE 13 DECEMBRIS.

Habuit altitudinem maximam 58 55

DIE 14 DECEMBRIS.

Habuit altitudinem minimam 52 56½
5 47 26 Lucida cathedræ 22 48
6 17 48 Schedir 20 11

6^H 30^M 40^S Flexura 24 23
6 56 43 Lucida ad pedem 24 1

[1] Nulla altitudo in codice.
[2] In codice 19 58 lineis inducta.
[3] Nullum nomen; fortaße »Lucida ad pedem«.

Tempore harum obſeruationum aër fuit nebuloſus ex prima candente. Sequenti meridie horologium celerius ibat 9½ M.

DIE 16 DECEMBRIS.

Stella polaris habuit altitudinem maximam 58 54½

OBSERUATIONES HAGECIJ[1].

Anno 79 Die 14 Octobris accepi altitudinem meridianam Fomahaut 8.30′, et eandem ſæpe repetitis obſeruationibus inueni. Stabat tum ea in Meridiano 23 aut 24 in effuſione aquæ. Ex ea altitudine, poſita latitudine Fomahaut 23 gr., oſtendit calculus locum eius 3.43 ♓, cum iuxta Copernicum ponatur eo anno in 28.12 ♒.

Die 11 Decembris altitudo meridiana primæ ſtellæ ♈ fuit 57 5′. Hinc eius longitudo eßet 26 50′ ♈. Aut igitur mea obſeruatio vera non eſt aut latitudo ſtellæ.

[1] Continuatio obſeruationum anni 1578, ſupra p. 73.

OBSERUATIONES ANNI 1580.

OBSERUATIONES SOLIS.

JANUARIJ.

Die 1 Alt. merid.	12°16′ ἐν πλάτει
22	16 51 fere, ἐν πλάτει
23	17 7½ ἐν πλάτει
25	17 45 bona
26	18 1 bona
30	19 17

FEBRUARIJ.

3	20 34½
11	23 21 bona, fide
17	25 34 30″
18	25 57
22	27 27½
23	27 50½
24	28 13½
27	29 23½
28	29 47 0

MARTIJ.

4	31 44
6	32 31
7	32 55 ἐν πλάτει
11	34 30 bona
12	34 53
13	35 17
15	36 3½
16	36 27
18	37 14½
26	40 19 bona
29	41 26½
30	41 48

APRILIS.

1	42 33½
6	44 20
7	44 41
8	45 1½
9	45 22
27	49 51
28	51 16
29	51 31 iuxta ſuper. diuiſionem

MAIJ.

2	52 18 iuxta ſuperiorem inſtrumenti diuiſionem, ſed reſpectu inferioris diuiſionis fuit 52 18½.
3	52 32½ ἐν πλάτει
4	52 47 30
6	53 15¼
7	53 29
9	53 55⅔
10	54 8 30
11	54 20 30
13	54 44
Die 14	55°55½′
15	55 6½ ἐν πλάτει
18	55 38
19	55 46
20	55 56¼
27	56 48⅔

JUNIJ.

15	57 32½
16	57 31 20
17	57 30 0
27	56 43½

JULIJ.

4	55 50
20	52 39
21	52 24
22	52 8
23	51 54 ad ſummum 54¼
24	51 38½ bona
27	50 49
29	50 16 bona
30	49 59 bona

AUGUSTI.

1	49 23½ bona
2	49 5 bona
3	48 47 bona
6	47 50½
8	47 13
11	46 13 30″
14	45 10½
15	44 50½
24	41 38½
25	41 16
27	40 31
28	40 8½
29	39 45½ vel 46

SEPTEMBRIS.

15	33 10½ ſequitur per nouam
29	27 45½ quadrantis diuiſionem

OCTOBRIS.

1	27 0½
3	26 15 ἐν πλάτει propter nubes.
4	25 53
5	25 29½
6	25 6½
8	24 22½
10	23 40
11	23 18
12	22 55
13	22 36⅓

Die 22	19 35⅓	
29	17 24½	
30	17 9	
31	16 51 bona	


NOUEMBRIS.

11	14	4	40
13	13	39	20
30	11	11	

DECEMBRIS[1].

Die 13	*10 42*
19	*10 54 bona*
24	*11 20 fere*
27	*11 36½ poſt rectificata pinnacidia*
30[2]	*12 1½ bona*

OBSERUATIONES LUNÆ ET PLANETARUM ET QUARUNDAM FIXARUM.



DIE 31 JANUARIJ, ECLIPSIS ☾.

Siniſter pes Orionis in meridiano[3]	*Hora 7*	*M. 22*	H. 7	M. 11
Siniſter humerus Orionis fuit in meridiano			7	18½
Suprema Baltei	*7*	*38*	7	26 35
Media Baltei	*7*	*44*	7	44
Infima Baltei	*7*	*47*	7	48 14
Dexter Humerus	*7*	*59*		
Canis maior	*8*	*53*		
Canis minor	*9*	*44*		
Tranſiuit ſtella polaris in Azimuto vltimo 5ᵖ 18′,	*8*	*25*		

[1] Obſeruationibus diei 13 Decembris et ſequentium dierum præmiſsus eſt titulus: »Aſtronomicæ obſeruationes a Solſtitio Hyberno Anni Chriſti 1580. Factæ in Inſula Huena in nouis ædibus Vraniæ«.

[2] Azimutha et altitudines Solis infra inter obſeruationes planetarum diei 30 Decembris invenies.

[3] In codice hi tranſitus fixarum bis reperiuntur, in paginis adverſis; indicationes temporis columnæ ſecundæ (H. 7 M. 22 etc.) probabiliter correctæ ſunt.

Cum dexter humerus Orionis tranſiret per meridianum horologium monſtrabat *(poſui horologium vt monſtraret)* $7^H 59^M$, bona. (Correctum M. 57½).

	Correctum[1]	
$8^H 17^M$	$8^H 16\frac{1}{6}^M$	Videbatur ☾ de circulo ſuo aliquid amittere. *Sed nihil tamen certum niſi ſupputatio conſenſerit*[2].
8 34	8 33$\frac{5}{6}$	Offuſcata fuit quinta pars ☾ *.
8 38	bonum	Offuſcata fuit fere quarta pars lunæ.
8 44	8 44$\frac{1}{4}$	Tertia pars ☾ offuſcata fuit.
8 50$\frac{2}{3}$ iuxta horologium	8 51$\frac{1}{6}$	Canis maior fuit in meridiano et tunc aberat de luna inter vnam tertiam et vnam dimidiam.
8 55	(57)[3] 8 55$\frac{2}{3}$	Aberant ⅔, bona.
9 0	9 (2)	Dimidia pars aberat, ad minimum vel paulo plus, non enim potuit exquiſite videri per nubes rariuſculas.
10 48	10 53	Luna recuperauerat lumen ſextæ fere partis ſui corporis quæ hic nigra picta eſt.
(11 8)	*11 10$\frac{2}{3}$*	*Tertia pars fuit illuminata, videbatur autem illuminatio tendens cornua perpendiculariter, fere per vtrasque extremitates ducta linea.*
11 (22) 19	11 25$\frac{1}{6}$	Paulo plus quam dimidium egreßum eſt vel circiter.
		Hanc eclipſin diligentius obſeruare et finem eius adipiſci non licuit propter nubes denſiores, quæ ☾ aſpectum ſucceßiua interceßione prohibuerunt.
12 (9) 5	12 13	Fuit tota ☾ illuminata, cum diſcußis nubibus rurſus videri poßet, nam inter H. 11 M. 19 et H. 12 M. 5 propter nubes videri non potuit.

Ex reſtitutione fixarum per Langravium Haßiæ eſt Aſcenſio recta dextri Humeri Orionis 83.31. Quare tranſiuit per meridianum H. 7.59 vt habet prior ſupputatio, quare numeri proxime ſequentes parum diſcrepant: Canis vero maior tranſiuit cum 96.53, Hora exiſtente 8 M. 52½ ſed horologium tunc monſtrabat minuta fere 51 poſt occaſum, quare in ſesquialtero ſcrupulo tardius ibat ſpacio fere vnius Minuti. Fuit itaque tunc temporis Hora 8 M. 52½ cum de ☾ aberant iuxta ſuperiorem annotationem ratiocinando obſcurata minuta ad minimum 12, reliqua reſtitui ſuperius vt reſpondeant vero tempori.

Nota[4]*. Marſias Mœnius ex Regiomonte ad me perſcripſit, arcturum habuiße altitudinem 22 partium in primo egreßu et 36⅔ in vltimo fine. Vnde colligitur per triangulorum ſupputationem illic fuiße*

	H M		
in primo egreßu	*10.54*	*In fine*	*12.36*
At hic colligitur fuiße	*10 40*	*In fine*	*11 56*
	14		*40*

quæ duo ſibi inuicem non reſpondent.

Collatis itaque et examinatis ſingulis cum tranſitu ſtellarum per meridianum inueni quod H. 8 17′ viſa ſit ingredi vmbram

[1] Hi numeri correcti in codice ſupra numeros non correctos poſtea adſcripti ſunt.

[2] Poſtea adſcriptum.

[3] Numeri uncis incluſi poſtea adſcripti ſunt.

[4] Etiam hæc manu Tychonis, ſed poſtea addita.

H. 8 35' quinta pars latuit
8 45 tertia pars latuit
8 52½ intra ⅓ et ½ latuit
8 57 ⅜ latuerunt
9 2 dimidia pars latuit.

Deinde ingreßum vlteriorem et moram videre non licuit propter nubes, ſed cum denuo viſa eſt H. 10 M. 51 ſexta pars rediјt
11 8 tertia pars rediјt
11 22 dimidia egreßa eſt
12 8 nullum veſtigium apparuit.

Hæc aliter obſeruare et examinare non licuit, quare tempora hic ſcrupuloſius annotata, habita ratione priorum annotationum, videlicet vbi maior vel minor fuerit certitudo conſenſus cum quantitate vmbræ et ☾ atque temporibus iuxta cæteros et noſtram rationem aßignatis.

ECLIPSIS ☾ ANNO 1580 EX SUPPUTATIONE

	Alphonſina	Coperniana	Noſtra		
Initium	$9^H 24^M$	$7^H 46^M$	$8^H 16^M$	in longi-	Vitteberga eſt
Medium	11 7	9 33	10 5	tudine	nobis meridio-
Finis	12 50	11 20	11 54	37	nalior vno gradu
Dimidia dur.	1 44	1 47	1 49		quaſi, addit 4 mi-
Lat. ☾	0 22½	0 26½	0 25¼		nuta in tempore.
Digiti eclipt.	12 25	11 25½	11 55		
Loca ☉ et ☾	21 50 ♌	20 56½ ♌	21 25 ♌		

Hora 13 M. 47 erat ☾ in 90 gradu ab aſcendente, carens parallaxi longitudinis.

N. B. Hæc eclipſis obſeruabatur a J. Bocholt in Islandia Meridionaliori in loco appellato Beſtet[1] curia Regia, quaſi in media longitudine inſulæ.

Principium Hora 6¼ } per horologium in meridie rectificatum ex ſole
Finis Hora 9 } per compaßum meridiano et ex monte verſus meridiem exquiſite locato. Sed[2] quia exacte initium deliquij non poterat diſcernere, neque finem, iudico prius incepiße et ſerius deſijße hanc Eclipſin apud Islandos, vt fuerit principium Hora 6, finis Hora 9¼ quaſi, ita vt fuerit medium $7^H 40^M$, hic 10.0[3], 2.20 diſt. 35 partium.

DIE 22 FEBRUARIJ.

Hora 8 M. 18 poſt meridiem accurate obſeruaui quod ☾ exquiſite quoad viſum iungebatur cum ſtella in dextro genu Erichtonij, communi cum cornu ♉, nam linea recta ducta per lunæ cornua, quæ erat tunc fere dimidia, tunc temporis incidebat in ipſam ſtellam exquiſite, verum quia paululum plus quam medietas erat illuminata, quia circa meridiem erat quadratura, ponam quod hora 8 M. 20 facta fuerit hæc viſibilis coniunctio. Diſtabat autem tunc temporis ſupremum cornu ☾ ab ipſa ſtella per diametrum corporis lunaris exquiſite quoad viſum, per Radium tamen deprehendebatur hæc diſtantia 28 ſcrupulorum circiter, adeo vt ſine ſenſibili errore dimidium gradum ponere diſtantiæ ☾ verſus meridiem, quoad ſeptentrionaliorem limbum, liceat. Atque hinc poteris per ☾ locum viſum ad dictum tempus ſtellæ locum corrigere.

[1] Probabiliter Beßaſtadir (prope oppidum Reykjavik), quæ habitatio erat legati regis.
[2] Cetera poſtea addita.
[3] In Progymn. pag. 02 Tycho 10^h 9^m dat, Longomontanus (Aſtr. Dan. p. 192) 10^h 10^m habet.

Sequenti Meridie horologium tardius ibat 2 minutis.

DIE 23 JULIJ.

Hora 9 M. 22. Per horologium rectificatum fuit luna circa ſolſtitium hybernum in Meridiano, cuius altitudinem quoad ſupremam circumferentiam exquiſite deprehendi p. 6 M. 35.

Prouenit paralaxis altitudinis 0.59. Fuit autem tunc ex Eph. Regiomontan. ☾ long. 3.25 ♑, Declinatio vera ☾ 26.50′, viſa 27.48, parallaxis 58.

Prouenit ad diem 23 Julij H. 9.22 parallaxis centri ☾ peracta operatione 61, at tabulæ Prutenicæ dant 63, vnde differentia eſt ſaltem 2 minutorum, quæ pene eſt inſenſibilis, patet itaque quod ea quæ de parallaxibus ☾ a Copernico aßignata ſunt ſatis recte ſe habeant.

AUGUSTI.

Die 25, H. 10¾ ♂ diſtabat ab oculo ♉ 4° 5′ habens fere eandem cum dicta ſtella longitudinem.

Die 27, H. 11	diſtabat ♂ ab oculo etiam	4°	5′
Die 28, H. 11	diſtabant eædem ſtellæ	4	10
	Eodem tempore diſtabat ♂ a boreo oculo ♉	2	41
Die 31	diſtabat ♂ ab oculo ♉	4	46

Vera latit. oculi ♉ 5° 30′
4 5
Latitudo ♂ 1 25

Puto has obſeruationes eße per Radium.

DIE 12 NOUEMBRIS.

N.B. Inter obſeruationes cometarum hæc reperi. Anno 1580 die 12 Nouemb. per Radium diligenter obſeruata cum ♂ non longe abeßet a ☉ ☍.

10ᴴ 17ᴹ	*Diſtabat ♂ a ſuperiore pede Erichtonij*	*9°*	*0′*
10 33	*a pede Erichtonij communi cum cornu altero ♉*	*8*	*47*
10 48	*a ſiniſtro cornu ♉*	*10*	*56*
11 2	*ab oculo ♉*	*8*	*24*
11 44 / *12 16 corr.*	*Aldeboran in meridiano habens alt.*	*49*	*45*
12 0	*♂ in Meridiano, Alt.*	*57*	*24*

Hinc poterit inquiri locus ♂ non longe ab ☍ cum ☉, interceßit enim ſaltem ſextiduum, et tempora poßunt emendari per Aldeboræ tranſitum in Meridiano atque etiam ex eius altitudine, quæ tribus ſcrupulis abundat, Martis altitudo meridiana tantundem caſtigari.

Habes meliores obſeruationes in antecedenti tractatu circa ♂ obſeruationes inſertas. Pro latitudine ♂ examinanda circa ☍ ☉is:

Die 12 Nouemb. Altitudo Aldeboræ obſeruata	*49°*	*45′*	
Vera altitudo reducta	*49*	*40*	*15*
Differentia qua abundat quadrans	*4*	*45*	
Altitudo ♂ obſeruata merid.	*57*	*24*	
Vera altitudo ♂	*57*	*19½*	
Ergo declinatio B.	*23*	*14*	

H. 10⅝ ♂ ab auſtrali cornu ♉	*10°*	*56′*
Angulus differentiæ aſcenſ.	*11*	*31*
Aſcenſ. recta cornu ♉	*28*	*8*
Aſcenſio recta ♂	*66*	*37*
Ergo Longitudo	*8.36¼ ♊*[1]	
Latitudo	*1 16⅛ B.*	

[1] Cfr. Kepleri Comment. de mot. ſt. Martis cap. XV (Opera omn. III p. 235). Hæc oppoſitio eſt prima earum quibus Keplerus uſus eſt ad inveſtigandam orbitam Martis.

DIE 17 NOUEMBRIS.

9H 3M Diſt. ♂ a ſuper. pede Ericht. 9°31′
9 19 ♂ a pede Ericht. in cornu ♉ 10 36
9 43 ♂ a ſiniſtro cornu 12 51
9 51 Diſtabat ♂ ab oculo ♉ 7 41
10 14½ ♂ a ſuperiore pede Ericht. 9 31½
10 31 ♂ a pede Ericht. in cornu ♉ 10 35⅓
10 42 ♂ diſtabat a ſiniſtro cornu ♉ 12 51½
11 56 30″ tranſiuit oculus ♉ meridianum habens altitudinem 49 44
12 15 ♂ diſtabat ab oculo ♉ 7 41
12 39 25″ tranſiuit ſiniſter pes Orionis meridianum habens altit. 25 24

Nota. Hoc die fuit ☍☉ et Martis vnde bona fuit hæc obſeruatio pro reſtituendo motu ♂. Puto has obſeruationes factas per Radium.

17. Nov. H. 10	*Calculus Prut.*	*6.15 ♊*	*lat. 0*
	Calculus Alphon.	*5.48 ♊*	*1½*
	Obſeruata	*6.47 ♊*	*1⅗*

N.B. Ego ex his omnibus inuicem collatis, collegi ex globo maximo orichalcico diſpoſitis in eo rite ſtellarum locis et accipiendo medium locorum, proueniendum long. 6.47 ♊, lat. 1.35 B.

DIE 10 DECEMBRIS.

Hora 6 M. 22. Cum ſtella polaris eßet in Meridiano ſupra polum fuit ipſius altitudo maxima per quadrantem poſt nouam diuiſionem rectificatum p. 58 M. 50 vel potius 50¼ nam vix poterat eße 58 50½. Eſt hæc obſeruatio ſatis bona.

Hora 12 M. 15. Obſeruaui quod ♂ eßet fere in linea recta quæ ducitur ab Aldeboran in caput Meduſæ, ſed deuiabat ab hac linea verſus occaſum et Horizontem quaſi ad diametrum ſui corporis vel ad ſummum 10 minut. Diſtantiam vero ipſius ab Aldebora obſeruaui per Radium exquiſite p. 8 M. 52. Hinc potes verificare locum ♂ circa ☉☍.

Prouenit peracta operatione et conſiderata deuiatione a linea recta ♂ long. 0.15 ♊ lat. 2½ B. Alphonſinus calculus dat Martis longitudinem 29.8 ♉, lat. 2.8, Prutenicus 29.45 ♉, lat. 1.25. Patet itaque quod obſeruatio vtrobique excedat cum alias ſoleat eße intermedia.

I. Quia in triangulo abd dantur duo latera ab et ad, per complementa latitudinis ſtellarum, et angulus comprehenſus, per differentiam longitudinis vtriusque, igitur per VI datur bd et deinde per IX dogma angulus bda[1].

II. In triangulo cda quia datur latus ad, complementum latitudinis Aldeboran, et cd diſtantia Martis et ſtellæ obſeruata p. 8 M. 52, angulus vero comprehenſus modo innotuit, igitur dabitur per VI ca, complementum latitudinis ♂, et per IV dogma[2] angulus cad, differentia longitudinis ab Aldeboram quæ venit ſubtrahenda.

N.B. Ego poſtea per globum maximum orichalcicum collegi, reſtitutis prius omnium fixarum locis et bene diſpoſitis, quod ♂ longitudo tunc caderet in 0.5 ♊ & latitudo 2.32. Sed poteris denuo, tum mechanice per globum, tum etiam Geometrice per numeros periculum facere.

d *Aldeboran*
c ♂
b *Cap. Med.*

[1] Hic primum dogmatum »Triangulorum Praxis« mentio fit.
[2] Debet eße »per IX dogma«.

Diligentior examinatio e verificato loco capitis Algol.

Nota. Ego inueni quod caput Meduſæ diſtaret a lucida ♈ 21.38½ } bis per Sex-
ab Aldeboran 30.54⅝ } tantem △.

Tunc colligitur in globo maximo orichalcico capitis Algol Longitudo 20.15 ♉. Latitudo 22.25. Trahendo autem in globo lineam ab Aldeboran ad hunc locum Cap. Meduſæ, et accipiendo diſtantiam in ea linea p.8 M.52 vt ſupra, ita tamen vt in eo loco dena minuta verſus occaſum ſumantur, prouenit long. ♂ 0.2 ♊, latitudo 2.30. Sed hæc per globum maximum orichalcicum. Potes etiam per triangulos facere periculum. Si posueris locum ♂ in 0ᵖ 5′ ♊, 2½ lat., inſenſibiliter aberrabis.

N.B. Calculus dat locum Meduſæ tunc in 20.20 ♉, lat. 22° 22′ B. Vnde locus ♂ paulo aliter prouenit.

DIE 13 DECEMBRIS.

Mane ante ortum ☉ⁱˢ obſeruaui ♀ ſtellam quæ tunc erat circa limites maximæ ſuæ remotionis a ☉ hoc modo.

6ᴴ 55ᴹ	*diſtabat ♀ per Radium ab auſtraliori lancis libræ*	*6 15*
7 2	*diſtabat eadem a boreali ſtella lancis libræ*	*5 13*
7 11	*diſtabat eadem a Spica ♍*	*27 36*

Atque hæ omnes obſeruationes fuerunt factæ per Radium.

Pro verificando tempore obſeruaui Spicam ♍ in azimuto 0 30 verſus occaſum a meridiano, habentem altitudinem qualis eſt in meridie, fuitque tunc horologium monſtrans H.6 M.58 S.30. Deinde rurſus horologio etiam maiore monſtrante H.7 M.9 S.40 fuit eiusdem Azimut a Meridie verſus occaſum p.3 M.32, altitud. 25 11, atque huic vltimæ potes potius fidere, nam fuit exactior priore.

Deinde ♀ in Azimut et Altitudinibus ſic obſeruaui numerando tempora iuxta Horologium.

7ᴴ 17ᴹ 0ˢ	*Altit. ♀ 18° 21′*	*Azim. ♀ 67° 3′*		
7 24 50	*18 44*	*68 56*		
7 32 25	*19 7*	*70 56*		

Numerantur autem Azimuta ♀ ab ortu æquinoctiali verſus Meridianum. Horologium tardius ibat in vna revolutione quaſi 6 minutis.

Inquiſitio longitudinis et latitudinis ſtellarum in lancibus ♎ ad annum 1580.

Ex diſtantijs illarum a Spica ♍ et altitudinibus Meridianis, aſcenſione R. Spicæ exiſtente 195° 48′ inueniuntur:

	Declinatio	Aſc. R.	Punctum culminans	Long.	Lat. Bor.
Auſtralis lancis	14° 12½′ M	216° 56½	9° 20′ 45″ ♏	9° 12′ 28″ ♏	0° 25′ 21″
Borealis lancis	7 45½ M	223 38 30″	16 7 10 ♏	13 30 48 ♏	8 34 21

Hinc locus ♀ eſt indagatus, et inuenimus longit. ♀ 14° 39′ 55″ ♏ Latit. B. 3° 28′ 58″. Ex tabulis Prutenicis incidit locus ♀ Anno 1580 Dec. d. 12 H. 19.0′ P. M. in 14° 52′ 37″ ♏.

DIE 19 DECEMBRIS.

6ᴴ 25ᴹ	*Diſtabat ♀ a boreali lancis per Radium*	*9° 15′*
6 30	*diſtabat eadem per Radium a meridionaliori lancis*	*12 12*
6 55	*diſtabat eadem a Spica Virginis per Radium*	*33 36 bona*
7 0	*Eandem diſtantiam inueni per Radium*	*33 40*

Sed priori magis fidendum, vel potius medium inter vtramque obſeruationem capiendum. Hæc tempora ſunt ſatis bona, quia ſunt poſtea correcta ad minus horologium.

6 59 30 Spicæ Azim. 70.22 ab occaſu verſus merid., eiusdem altitudo 23.26, ſed ἐν πλάτει propter nimiam lucem Auroræ, potes tamen aliquo modo hinc verificare ſequentia tempora horologij.

7 16 20 Azimut ♀ 78.0	Altitudo 18.23		7 32 50	82. 0	18.46
7 24 40 80.0	18.32		7 43 30	84.40	18.50

Hæc vltima fuit admodum ἐν πλάτει eo quod dies iam erat nec ſatis apparebat ♀ ſtella. Sed duæ poſtremæ vix poterant diſcerni propter nimiam lucem diej.

Horologium non ibat correcte quia per multos dies non fuit rectificatum, ideoque non ſatis exquiſita tempora tunc pro Azimutis.

[Inter 5 et 6 pomeridianam obſeruaui altitudinem ſtellæ polaris maximam ſatis exquiſite 58.54][1].

DIE 20 DECEMBRIS.

Cum rurſus eßet in meridiano deprehendi eiusdem altitudinem maximam 58.51 vel forte 58.50½. Atque hæc obſeruatio fuit ſatis bona et exquiſita.

DIE 21 DECEMBRIS.

Cœlo ſatis ſereno obſeruaui eiusdem altitudinem maximam Veſperi in eadem linea qua heri videlicet p. 58.50½ vel ad ſummum p. 58.51, non enim poteram ſatis diſcernere vtrum eßet ſemiſcrupulo plus, atque hæc obſeruatio conſentiens priori eſt ſatis bona cui potes fidere, accipiendo 58.50½.

DIE 22 DECEMBRIS.

Mane fuit eadem in altitudine minima habens illam 52.56½.

Deinde cum Spica tranſiret per meridianum adaptaui horologium ad momentum quo eo die eſt in meridiano, videlicet H. 6 M. 16 S. 45 et inueni eius altitudinem maximam p. 25 M. 12 vel potius 25 12½.

[Per Ma. H. 7.14.20 } fuit Arcturus in Meridiano habens altitudinem maxi-
Per Mi. H. 7. 6.55 } mam 55 p. 32 M.][2].

Quia vero conferendo altitudinem poli obſeruatam per polarem ſtellam cum altitudine obſeruata ex ſole circa ſolſtitia excedit 2½, erunt altitudines ſtellarum per pinnacidia obſeruatæ 2½ maiores iuſto, ideoque vera Spicæ altitudo erit 25 p. 10' eiusque declinatio 8.59 Merid. Vnde eius longitudo erit hoc anno in 18.10 ♎ quod concordat cum obſeruatione ante triennium facta, vbi eiusdem ſtellæ longitudinem deprehendi in 18.7 ♎ tribus minutis anteriorem, ſed huius maiorem certitudinem dabit maior quadrans.

Deinde obſeruaui ♀ in certis Azimut et altitudinibus hoc pacto.

6H47M30S per maius horolog. }	Azimuth ♀	Altitudo	Fuitque hæc obſeruatio
6 42 50 per minus horolog. }	60.0	13.53	ſatis exquiſita et bona.

DIE 24 DECEMBRIS.

Rurſus obſeruaui Spicam in altitudine maxima 25.12½ bona, ſed tempus ſaltem ἐν πλάτει poſui, quod ex Arcturi tranſitu corrigi poteſt.

6H32M 0S	fuit occidentalior pes Bootis in meridiano, habens altit.		54° 40'
6 52 20	fuit Arcturus in Meridiano, habens altitudinem maximam		55 32
7 14 5	♀ fuit Azimuto 70° habens altitudinem	15° 42½'	vel 32½
7 24 45	73	16 15½	
7 35 40	76	16 42	
7 45 5	78	16 56½	
7 50 15	80	17 10	

[1] Hæc obſeruatio eſt lineis inducta.
[2] Lineis inducta.

Vesperi per Radium obseruatus est ♂ distare a fixis vt sequitur.

6 9	♂ distabat ab oculo ♉	6° 28′	Hæ omnes distantiæ sunt bis factæ, cœlo sereno.
6 16	distabat a stella 3 magn. in pectore ♉	11 0	
	aut ad summum	11 0½	
6 32	distabat a cornu ♉ communi cum pede Ericht.	14 14	
6 47	distabat ab altero cornu ♉	18 2	

6 57 Lucida in capite Ceti transiuit meridianum per planum quadrantis notatum.

11 0 0 Canis maior in meridiano altit. 17° 51′ post restituta pinnacidia.

N.B. Ego per globum maximum orichalcicum collegi locum intermedium ♂ in 1.20′ ♊, Lat: 0.35 B. Calculus Alph. 28.10 ♉, lat. 2.9 B, calculus Prut. 29.0 ♉ lat. 1.46 B. Patet itaque quod vbique locus ♂ est vlterior tam calculo Alphonsi quam Copernici nec intermedius vt solet. Potes hæc alias reuidere, nam multum in his situm. Alias ♂ rarißime excedit in cœlo vtrumque calculum. Erat hoc die stationarius.

DIE 25 DECEMBRIS.

Mane. Stella polaris habuit altitudinem minimam	52° 56½′
[Spica habuit in meridiano altitudinem	25 12][1]

DIE 27 DECEMBRIS[2].

Mane obseruata est ♀ distantia a stellis ♏ tribus quæ videri potuerunt per Radium.

6^H	57^M	50^S	distabat a corde ♏	8° 16′
7	5	5	distabat a boreali trium lucentium in fronte ♏	5 54
7	8	40	distabat a media frontis Scorpij	3 17
8	37		distabat ♀ a ☉ modo orto 45° 40′, quæ obseruatio bona est, nisi vacillatio ligni cui Radius inter obseruandum applicatus est parum erroris causare potuit, qui tamen error vix erit sensibilis.	
6	59	45	P. M. borealior duarum versus caudam ceti in quadrilatero eius fuit in meridiano habens altitudinem	23° 41⅞′
7	20	50	lucida in medio mandibulæ ceti fuit in meridiano habens altitudinem	35 30
7	40	10	lucida in extrema mandibula ceti in merid., alt.	36 30 fere
8	4		♂ distantia, per radium, ab ea stella quæ est in pectore ♉	11 1
8	13	50	♂ distabat ab oculo Tauri	6 25
			Circa hoc tempus ♂ ad oculum visus est in medio rectæ inter aurem ♉ et pleiades, 4′ tamen aut 5′ videbatur propior aurem, per Radium.	
8	39	15	Pectus ♉ fuit in meridiano, habens altitudinem	45 16
8	45	25	♂ fuit in meridiano, habens altitudinem	56 20
8	58	20	prima sucularum quæ in naribus ♉ est, in merid., alt.	48 36
9	1	30	ea quæ est inter hanc et boreum oculum ♉ in merid., alt.	50 32
9	7	50	media inter primam et australem oculum ♉ in merid., alt.	48 55½
9	15	10	rutilus in oculo ♉ austrino in merid., habens altit.	49 42

DIE 28 DECEMBRIS.

Horologio in meridie antecedenti correcto ad solem sed nondum satis ponderato, cuius discrimen in tempore meridies sequens dabit, fuit Spica in meridiano H. 6.27′ 10″. Deinde fuit pes Bootis occidentalior in meridiano H. 6.58.50 habens altitudinem 54 33.

[1] Linea inducta.

[2] Manu Petri Jacobi Flemløse.

7H22M 0S fuit Arcturus in Meridiano habens altitudinem 55 30.

Poſt correcta pinnacidia quadrantis.

7 37 55 ♀ fuit in Azim.	64g, altit.	13g 5'	8H 0M 0S ♀ Az.	69g Alt.	14g 15'
7 46 50	66	13 38	8 12 50	72	14 55

DIE 29 DECEMBRIS.

Hora 5 veſpertina cum ſtella polaris eßet in maxima ſua altitudine deprehenſa eſt ea eße p. 58.50 idque poſtquam rectificatum eßet inſtrumentum in pinnacidijs et omnibus.

8 21 45 tranſiuit ♂ per meridianum habens altitudinem 56 27½.

Hoc tempus correctum eſt ad tranſitum oculi ♉ per meridianum.

8 52 35 Oculus ♉ tranſiuit per meridianum habens altitudinem 49 42[1].

DIE 30 DECEMBRIS.

Hora 5 matutina ſtellæ polaris minimam altitudinem inueni 52.55 atque his duabus potes fidere, nec poteſt eße maior differentia quam ſuperius 50¼, inferius 55½. Eleuatio poli 55.52.30. Vel ſi ſumatur in maximo quo potuit ad viſum capi ab hac differentia, erunt Altitudo maxima 58.50.15, minima 52.55.30, eleuatio poli 55.52.52½. Potes itaque ſine omni ſenſibili errore vti poli altitudine 55.52.40. Idque quantum per minorem quadrantem licet diſcernere, atque huic potes fidere.

6H 36M 45S fuit lunæ limbus orientalior illuminatus in extrema ſuperficie in Meridiano, habuitque ſuperius cornu in ſua extremitate altitudinem 17 9

6 46 25 fuit Spica in Azimuto ab occaſu verſus meridiem 76.23, Altitudo 24 17

7 16 25 fuit Spica in Azimuto ab occaſu verſus Meridiem 68.22, habens Altitudinem 23 3

Hinc potes verificare tempus Horologij ad momentum tranſitus ☾ per meridianum, et inde inquirere locum viſum ☾ ad idem momentum vt ex eo de loco ⊙ conſtare poßit.

Deinde orto iam ⊙e cum ☾ eßet iuxta 90 gradum ab ortu, ideoque habens inſenſibilem paralaxim longitudinis, obſeruaui ipſam certo tempore in certis Azimutis et Altitudinibus in hunc modum.

9H 11M 30S Azimut	*53g 30'*	*Altitudo 9g 56'*
9 19 45	*51 40*	*9 16*
9 24 55	*50 25*	*8 45*

In Azimutis accepi extremitatem circumferentiæ ☾ quæ erat illuminata verſus ⊙is ortum, in altitudinibus vero accepi ſupremam apicem de borealiori eius cornu, fueruntque hæ obſeruationes quantum videre licuit ſatis bonæ, potes eas inuicem conferre et ad locum ☾ in meridiano inuentum aptare et dehinc per verificationem temporum ſolis locum reſtituere.

Poſtea Solem etiam in diuerſis accepi altitudinibus et Azimutis vt ſequitur.

9H 59M 20S Azimut	*58g 50'*	*Altitudo 6g 55'*	*10H 12M 55S*	*62° 0'*	*7° 54'*
10 1 40	*59 24*	*7 8*	*10 17 25*	*63 0*	*8 11*
10 3 35	*59 52*	*7 18*	*10 21 40*	*64 0*	*8 28*
10 6 15	*60 30*	*7 27*	*10 25 50*	*65 0*	*8 45*
10 8 30	*61 0*	*7 37*			

[1] In alio folio codicis hæc obſeruatio iterata eſt, ſed cum altitudine 49° 41'.

Hinc potes verificare locum Solis correcto tempore et inuento gradu M. C. ex obſeruatione præcedente ☾, atque ita certus fieri de ingreßu ☉ in ſolſtitium. Poterit et hoc eße vſui, quod quando ☉ oriebatur acceperis per Radium eius a ♀ diſtantiam p. 45.25 idque inter limbum Veneri proximum et ſtellam ♀, fuitque ſatis bona, eratque tum hora 8 M. 35. Pro ♀^{is} vero loco eo tempore verificando obſeruaui ipſam prius videlicet H. 8 M. 19 S. 20 in Azimuto 80° 0′ ab ortu verſus meridiem, altitudo 15.33.

Horologium erat præcedente veſperi correctum ex tranſitu oculi ♉ per meridianum hora 8 M. 52½, potes itaque videre quota fuerit hora cum Spica fuit in certo Azimuto et inde corrigere tempus atque videre quantum horologium motum ſit citius vel tardius tanto interuallo, et deinde facere proportionem in reliquis. Locum autem Spicæ ♍ poteris aßumere ex correcta eius altitudine meridiana quæ eſt 25.10.

Nota. In meridie ſequente horologium celerius iuerat 14′ 40″, fuit autem poſitum heri veſperi cum oculus ♉ tranſiret per Meridianum in H. 8.52½, quare interlapſæ ſunt 15 horæ, celerius itaque it in vna qualibet hora vno minuto, hinc potes corrigere tempora annotata, facta radice in tranſitu Spicæ ♍ per datum Azimut.

Eodem die, Veſperi,

$7^{H}55^{M}$		♂ in diſtantia per Radium capta a pectore ♉ fuit	11° 8′
8	4	eiusdem diſtantia ab oculo ♉ auſtrino fuit	6 19
8	44	Oculus ♉ tranſiuit meridianum per planum quadrantis notatum.	

DIE 31 DECEMBRIS.

Hora 5 fere ſtellæ polaris altitudo minima deprehenſa eſt quadrante eße partium 52.55½ aut ad ſummum 55⅝. Cœlum hic fuit mediocriter ſerenum.

$5^{H}\,47^{M}\,50^{S}$ fuit Spica ♍ in meridiano habens altitudinem 25.10′ ἐν πλάτει. Nam aër ita obſcurus fuit vt Spica per inſtrumentum ſatis conſpici non potuerit.

7 23 40 Extrema ſuperficies limbi ☾ illuminata ortum ſpectans fuit in meridiano, habuitque ſuperius cornu ratione ſuæ extremitatis altitudinem 12.36.

7 48 50 fuit ♀ in Azimuto ab ortu 73.0 habens altitudinem 14° 25′

7 56 50 fuit ♀ in Azimuto ab ortu 75.0 habens altitudinem 14 41½.

Hæ obſeruationes tres ſunt ἐν πλάτει factæ propter aërem pruinoſum et obſcurum.

Si ponas altitudinem poli 55.53 et altitudinem Spicæ 25.10, prouenit longitudo eius in 18.5 ♎. Sed ſi altitudinem poli 55.52.30 et altitudinem Spicæ 25.9.40, qualis fere eſt, prouenit ipſius longitudo in 18.8 ♎ hoc anno. Vera præceßio iuxta Copernicum 27.54. Ergo iuxta illum longitudo Spicæ 17.54 ♎. Eſt itaque 14 minutis motus celerior.

SEQUENTES OBSERUATIONES SUNT THADÆI HAGECIJ.

1580	DIE 13 FEBRUARIJ		15 FEB.
Altitudo meridiana	ſiniſtri pedis Orionis	31 25	31 23
	Humeri ſiniſtri Orionis	46 0	45 55
	Humeri dextri Orionis	47 18	

Syrij	24 3	24 0
Procyonis	46 20	46 20
Cordis ♌	54 0	

Obſeruaui etiam denuo diſtantias aliquot ſtellarum in Caßiopæa.

Diſtantia ſecundæ a tertia	1.45	Diſtantia quartæ a 12ma	6.14
quarta	4.42	Diſtantia tertiæ a quarta	3. 2
duodecima	4.57	Diſtantia quartæ ab 11ma	3.36
Diſtantia primæ a tertia	4.21	Eadem eſt quartæ a quinta.	
Diſtantia vndecimæ a 12ma	4.52	Diſtantia quintæ a ſexta	4.48

Hæ diſtantiæ verißimæ ſunt et multoties repetitæ.

OBSERUATIONES ANNI 1581
FACTÆ IN INSULA HUENA IN NOUIS ÆDIBUS VRANIÆ.

OBSERUATIONES ALTITUDINUM SOLIS MERIDIANARUM[1].

JANUARIJ.

Die 6		13g$10\frac{1}{2}$	bona
7		13 24	mediocris
8		13 36	bona
9		13 46	
10		14 0	
14		14 56	mediocris

FEBRUARIJ.

4		21 $6\frac{1}{2}$	ἐν πλάτει, propter raras nubes
16		25 26	bona
17		25 $48\frac{1}{2}$	
25		28 52	
26		29 $14\frac{1}{2}$,	non ſatis ſerenum
28		30 1	ἐν πλάτει propter nubes

MARTIJ.

9		33 35	ſatis bona
14		35 33	mediocris
15		35 $56\frac{2}{3}$	bona
16		36 $19\frac{1}{4}$	bona
20		37 $53\frac{1}{2}$	
21		38 15	per Min. *Erat ventus nimius, nec ſatis correctum*
	78900	38 16 25″	
23	81200	39 4 35	*ſed non erat circulus tunc ⊙is diſtinctus.*
		39 $2\frac{3}{4}$	per min.
24		39 $24\frac{2}{3}$	Minus
		39 25 12	Maius
30		41 $40\frac{1}{4}$	ad ſummum 41 41
31		42 2	ἐν πλάτει propter nubes

APRILIS.

1		42 $24\frac{3}{4}$	per minus
	91445	42 $26\frac{1}{2}$	per maius
5		43 51	per minus, ἐν πλάτει prropter nubes
9		45 $15\frac{1}{2}$	
15		47 16	
16		47 35 30″	
22		49 27	per minus
23		49 $44\frac{1}{2}$	per minus (23–24)
24		50 2 15	
	83870	50 1	per maius

Die 25		50 19 0	per minus ἐν πλάτει propter nubes
28		51 9 30	per minus

MAIJ.

1		51 57	per minus (1–24)
6		53 $10\frac{1}{2}$	
8		53 $37\frac{3}{4}$	
12		54 $27\frac{1}{2}$	
13		54 39	
24		56 24	

JUNIJ.

1		57 $10\frac{1}{2}$	
2		57 14	
11		57 $32\frac{1}{2}$	*Petrus obſeruauit*
12	63480	57 $35\frac{1}{2}$	Maius
14		57 33	Minus } *ego ſatis diligenter obſeruaui*
	63535	57 $34\frac{1}{6}$	Maius
15		57 31	per minus, bona
	63575	57 $33\frac{1}{4}$	maxima. *Sed videndum quare non concordent cum minoribus.*
16		57 30	per minus
25		56 57	
29		56 30	per minus

JULIJ.

7		55 20	per minus
8		55 $10\frac{1}{3}$	per minus
10		54 $47\frac{1}{2}$	ἐν πλάτει propter nubes
11		54 $38\frac{1}{2}$	
13		54 15	
15		53 $49\frac{2}{3}$	
16		53 35	
17		53 22	non fuit ſatis ſerenum
18		53 8	fuit ſatis ſerenum
21		52 24	
22		52 9	fere
23		51 54	Non ſatis exquiſita, *maius verificatum*
	78285	*51* $56\frac{2}{3}$	*concordante etiam quadrante magno paulo minus 51 57*
24		51 39	per minus
	79020	51 41 3″	per maius, correſpondente quadrante magno

[1] Præmittitur in codice tabula manu Tychonis ſcripta, cui titulus »Paralaxes Solis in circulo Altitudinis«, exhibens pro ſingulis gradibus altitudinis ab 1° usque ad 60° parallaxim ſolis ($\pi = 2' 58''$). Pro omnibus fere diebus huius anni declinatio et longitudo ſupputatæ ſunt, altitudine æquatoris poſita $= 34° 7'$.

Die 28		50 33½ per minus	non ſatis exquiſitæ propter nubes
	82155	50 35 43″ per maius	
		50 36 quadr. mag.	
30		49 59⅓, 59½ ad ſummum, per minus, mediocris	

AUGUSTI.

1		49 23 } per minus
2		49 5⅔ } per minus
	86460	*49 9 10″* per maius
3		48 46 per minus, *ἐν πλάτει* propter nubes
5		48 11 fere, per minus
6		47 53 per minus
7		47 34 per minus
13		45 34 per minus
23		42 3 fere, huic non ſatis potes fidere propter nubes.
24		41 40 Non ſatis fuit ſerenum.
25		41 17
26		40 54½ Non ſatis ſerenum fuit.

Nota[1]. *Hæ ſequentes obſeruationes altitudinis ⊙ non ſunt exquiſitæ vsque in principium Octobris, eo quod centrum quadrantis circa quod voluitur Alhidada erat nimis ampliatum et laxum, quare non mirandum ſi in tantum disconueniant a vero ⊙ motu prius demonſtrato.*

SEPTEMBRIS.

2	38 17
7	36 20 fere
8	35 56
9	35 34
13	34 0
14	33 37
15	33 14
16	32 49⅔ Non fuit ſatis ſerenum, cœlum enim obductum erat raris et albis nubibus.
17	32 26½ Neque hic ſatis erat ſerenum, aër enim obſcurus fuit nebula et raris nubibus.
19	31 39 30″
21	30 50 Hæc obſeruatio non eſt ſatis bona propter vitium regulæ quadrantis quodcommißum eſt a M. Johanne in eius emendatione.

Die 22	30 29 *ἐν πλάτει* propter raras et albas nubes
24	29 43 Cœlum non fuit ſerenum, nam ⊙ erat obductus albis nubibus.
25	29 20 Serena dies
26	28 56 20″ Serenum fuit cœlum
27	28 33
28	28 11 20″

OCTOBRIS.

Sequentes obſeruationes meliores ſunt.

2	26 43 39
3	26 18 30
9	24 5
10	23 43 bona
12	23 1 bona
13	22 40½ bona
16	21 39
18	20 57
20	20 16
21	19 57
30	17 10 *poſt rectificatum quadrantem.*

NOUEMBRIS.

2	16 20 Non fuit ſatis ſerenum cœlum.
4	15 47½ Non ſatis bona propter nubes quibus ⊙ obducebatur in meridie.
9	14 35
12	13 57

DECEMBRIS.

5	10 48½ Hæc obſeruatio eſt facta per aërem nebuloſam.
14	10 40⅔ *vel ad ſummum 41 et eſt melius. Non fuit ſatis ſerenum.*

Minima altit. 10.39 vel ad ſummum 39⅓.

19	10 54 *ſed non ſatis certa*
23	11 13 *ἐν πλάτει*
24	11 17½ per minorem
	11 18½ per magnum quadrantem
25	11 20 per minus } non fuit ſerenum ſatis
	11 25 per maius }
28	11 44½ ad ſummum, per minus
30	12 0 bona, per minus.

[1] In margine.

ECLIPSIS ☾ ANNO 1581 JANUAR. 19
iuxta calculum.

	Alphonſinum	Prutenicum	Noſtrum
Initium primum	$9^{H}25^{M}$	$7^{H}32^{M}$	$8^{H}\ 6^{M}$
Initium abſconſi	10 39	8 44	9 18
Medium eclipſis	11 14	9 31	10 5
Initium egreßus	11 49	10 18	10 52
Finis vltimus	1 3	11 30	12 4
Loca luminarium ☉ ☾	10 27 ♒ ♌	9 33½ ♒ ♌	10 3 ♒ ♌
Digiti Ecliptici	14 34	16 48	16 12

ALIA ECLIPSIS JULIJ DIE 15.

	Alphonſinum	Prutenicum	Noſtrum
Initium primum	$15^{H}54^{M}$	$15^{H}41^{M}$	$15^{H}20^{M}$
Initium abſconſi	17 13	16 56	16 35
Medium eclipſis	17 38	17 29	17 8
Initium egreßus	18 3	18 2	17 41
Finis vltimus	19 22	19 17	18 56
Loca luminarium ☉ ☾	2 43 ♌ ♒	2 39 ♌ ♒	2 40 ♌ ♒
Digiti ecliptici	13 16	14 8	14 28

Omnia verificata et rectificata in tempore apparenti ad noſtrum meridianum 37ᵍ 0ʹ par. ☉ oritur hora 3.53. Ergo Eclipſis incipit 33ʹ ante ☉ ortum.

Vltima Eclipſis vix apparebit apud nos, nam eius initium erit ſaltem ½ hora ante ſolis ortum, verum Auguſtæ Vindelicorum in eadem fere nobiscum longitudine erit eadem Eclipſis integra hora ante ☉ ortum, quare ibi melius obſeruari poterit.

Nota. Hora 1¼[1] luna eſt in 90 gradu ab Horizonte, carens paralaxi longitudinis, cape tunc eius diſtantiam a corde ♌, nam locus eius poteſt verificari in hac Eclipſi ex ☍ Solis et ſic per conſequens reſtitui longitudo Reguli.

Cape etiam diſtantiam ☾ a cauda ♌ dum moratur in vmbra diuerſis temporibus.

Et cape etiam diſtantiam ☾ a ceruice ♌ pro latitudine eius verificanda tempore deliquij cum laborat in vmbra.

OBSERUATIONES LUNÆ.

DIE 19 JANUARIJ.

Veſperi fuit Eclipſis ☾ totalis.

$7^{H}\ 58^{M}\ 30^{S}$ Primum initium ingreßus ☾ in vmbram, tunc enim extremus lunæ limbus ortum ſpectans obſcurior, raro lumine tenebris admixto fieri videbatur.

[1] Supra adſcriptum eſt: *H. 1 M. 20.*

Differentia Aſcenſionis rectæ ☾ et medij cœli 58.53. Hinc calculus exhibet H. 8.2′.24″[1].

$8^{H}\,4^{M}\,35^{S}$ fuit ☾ in azimuto 16° 44′ ratione limbi illuminati, habens altitudinem 31° 45′ ratione ſupremi limbi[2].
Hic manifeſtus erat defectus externi limbi.

8 15 30 } 8 12½ corr. } Siniſter humerus Orionis tranſiuit meridianum.
8 21 30 Suprema balthei Orionis fuit in meridiano.
8 26 30 Media balthei fuit in meridiano.
8 31 50 Infima balthei fuit in meridiano et lunæ tertia pars fuit obſcurata.
8 44 } 8 42⅓ corr. } Dexter humerus Orionis fuit in meridiano, per pinnacidia obſeruatus, atque cum hic tranſitus per meridianum fuerit reliquis certior [indicem horologij retraxi 1° 30′[3]] Lunæ autem dimidium in vmbram immerſum eße videbatur.

Priores humero dextro Orionis ſtellarum tranſitus per meridianum ſunt propter nebulas notati per planum quadrantis. Hoc tempus cum omnibus prioribus correctum eſt ad tranſitum humeri dextri Orionis.

8 52 Corporis lunaris ⅔ videbantur obſcuratæ.

Obſeruaui tempore Eclipſis diſtantiam ☾ a corde ♌ vt ſequitur pro verificando cordis ♌ loco.

9 6 Cor ♌ diſtabat a ☾ ᵃᵉ limbo orientali 13° 42′, adhuc nebulæ quædam erant.
9 16 Architectus dixit ☾ totam offuſcatam eße.
9 18 Mihi videbatur primum tota obſcurata, quia occidentalis ☾ limbus aliqua ex parte ſurſum ſpectans clariore lumine quam reliquæ lunaris corporis partes illuſtratus adhuc fuit.

Hoc tempore proxime notato Canis maior fuit in Azimuto ab ortu verſus Meridiem 85° 9′, Altitudo 17° 48′

9 50 diſtabat cor ♌ a limbo ☾ ad ortum vergente 13 18 }
10 6 Lucida ceruicis ♌ diſtabat a ſibi proximo ☾ limbo 15 47½ } Propter nebuloſum aërem neſcio an his fidendum
10 30 diſtabat eadem ratione a luna ceruix ♌ 15 42 }
10 40 Luna videbatur incipere luminoſior fieri in egrediente limbo.
10 43 Canis maior fuit in Azimuto 73.42 ab occaſu verſus meridiem, altitudine 16.40⅔.
Tunc perſpicue videbatur mihi luna recuperaße luminis aliquid in exteriore limbo.
10 49 Talis mihi apparebat luna.



Reliquas faces lunæ vmbram egredientis Architectus pinxit quamlibet ad ſuum tempus vt in alia habetur charta[4].

11 11 diſtabat ceruix ♌ a limbo ☾ ſibi proximo 15.27 fere, ἐν πλάτει. Reliquæ diſtantiæ ſtellarum ♌ a luna difficulter factæ ſunt, propter nebuloſum aërem et obſcuritatem lunæ, quare neſcio an in uniuerſum ipſis fidendum ſit.
11 57 0 Videbatur nobis lunare corpus rotunde illuminatum, etſi ſuperficies quæ poſtremo lumen ſuum recuperauit fuit paululum obſcurior reliquis ☾ partibus.

[1] In margine adſcriptum.
[2] Adſcriptum eſt in margine: »Azimuta centri ſunt 16.29, Altitudo vero 31.30«.
[3] Hæc linea inducta ſunt.
[4] Hæc charta in codice non reperitur.

11 59 fuit luna in azimuto ab ortu verſus meridiem 87.45 ratione orientalis limbi, et Altitudine 50.59 ratione ſupremæ circumferentiæ, ab omni ſui corporis parte ſplendide et æqualiter illuminata.

Differentia aſcenſionis rectæ ☾ et M.C. 1°30′. Hinc calculus exhibet H.11.57′8″.

Cum ☾ eßet in longitudine viſa 11^g 8 ♌, latitudine viſa 0 50 Merid. et haberet Azimut 88.0 in centro, Altitudinem 50.44 etiam in centro, vnde prouenit tempus quod dixi 3 minutorum ante mediam noctem.

		Differentia a ratione	
		Alphon.	*Cop.*
Initium eſt	*8^H 0^M*	*1 25*	*0 28 6*
Init. obſcur.	*9 17*	*1 22*	*0 34 0*
Initium egreßus	*10 43*	*1 6*	*0 25 9*
Finis totus	*11 57*	*1 6*	*0 27 7*

Examen Eclipſis ☾ quæ facta eſt hoc Anno 19 Januarij.

Primus ingreßus tam iuxta horologium correctum quam ex altitudine ☾ fuit....................................... H. 8 M. 0

Prima totalis obſcuratio	*9*	*18*
Primus egreßus ex vmbra	*10*	*40*
Vltima liberatio ab vmbra	*11*	*57*


Ergo tota duratio 3.57	*Alphonſus 3.38*	*Copernicus 3.58*
Mora in vmbra 1.22	*1.10*	*1.34*

Patet itaque quod mora in vmbra noſtra obſeruatione intermedia ſit inter Alphonſinam aßignationem et Copernici placita, quemadmodum etiam temporis et locorum luminarium ratio requirit, ſed totius durationis tempus propius Copernici calculo aßentitur. De medio autem deliquij hinc eruendo hac ratione certi erimus vt ſequitur. Differentia quam facit mora ingreßus et egreßus eſt 1^M et 20 quaſi Secundorum, quibus principium totius occultationis vsque in oppoſitum ☉^{is} tardius eſt egreßu, reſpondent autem huic in tempore quaſi 3 Minuta iuxta motum ☾ horarium a ☉ quæ addenda ſunt ad dimidiam moram prius repertam, quæ erat 41 vt ſit prima mora 44, quamdiu luna ingreditur, egreßus vero mora ſit 38.

Prima totalis obſcuratio	*9^H 18^M*	*Prima totalis egreßio*	*10^H 40^M*
Tempus ab hac in ☍ ☉	*44*	*Mora in egreßu*	*38*
☾ in Solis oppoſito	*10. 2*		*10. 2*

Fuit itaque ☾ Soli oppoſita 10^H 2^M. Locus ☾ verus ex ☍ Solis reſtitutus in 10^g 2′ ♌. Quia vero hora 9 M. 50 diſtabat limbus orientalis ☾ a corde ♌ per obſeruationem 13.18, fuit tunc ☾ iuxta motum horarium a ☉ 5 ſcrupulis anterior, vnde locus eius in 9.57 ♌, quibus ſemidiameter addit 15 vt ſit longitudo circumferentiæ orientalis ☾ 10^g.12′ ♌, paralaxis autem longitudinis iuxta noſtram demonſtrationem tunc fuit inventa 25 ſcrupulorum, vt ſit viſa longitudo limbi orientalis 10^P.37′ ♌ quibus ſi adiecerimus 13.18 prouenit longitudo cordis ♌ 23.55 ♌. Verum adhibendo latitudinem vtriusque in conſilium ſic procedimus. ☊ eſt in 7.16 ♒ a qua ☾ diſtat per circiter p. 2.56′, quæ dant latitudinem 15′ Merid., eſt autem paralaxis latitudinis tunc 29 vt ſit viſa latitudo 44′, eſt itaque limbi orientalis ☾ longitudo viſa in 10.37 ♌, lat. 0.44 M, quibus reſpondet ex tabula Regiomontani

viſa ☾ { Declinatio 16.52 B
Aſcenſio recta 132.52



In triangulo itaque ade ſit a polus æquatoris cuius arcus bc, d cor ♌, e ☾. Quia vero latus ae eſt complementum declinationis ☾ 73.0, ad complementum declinationis cordis ♌, quod ex altitudine meridiana 48.4 et declinatione hinc proueniente 13.57 prouenit 76.3, latus vero de per obſeruationem eſt 13.18, vnde non ignorabitur angulus dae qui metitur arcum bc, differentiam Aſc. rectæ lunæ et ſtellæ, quæ eſt per ſupputationem 13.28. Is itaque additus Aſc. R. ☾ dat Aſc. rectam ſtellæ 146.20, ex hac et declinatione eius longitudinem et latitudinem inveſtigabimus in hunc modum. Angulus meridiani et Eclipticæ eſt 70.39, punctum cœli eſt 24.1 ♌ cuius declinatio 13.31, ſtellæ autem cum ſit 13.57 erit differentia 0.26 ideoque per triangulos datur latitudo ſtellæ 0.24½, differentia autem inter longitudinem puncti culminantis et longitudinem ſtellæ eſt 8½', ideoque longitudo incidit in 23.52½ ♌. Sed hæc obſeruatio non videtur ſatis certa, ideo etiam ſequentem, quæ tamen prius facta fuit, ad idem cor ♌ examinabimus, ſed examinantes etiam priorem obſeruationem quæ facta eſt hora 9 minuto 6 ad idem cor ♌ et limbum ☾ orientalem in diſtantia 13.42. Fuit autem tunc ☾ anterius quam in medio deliquij ex motu horario ad ſolem 25' quæ ſublata a 10.2 ♌ dant longitudinem ☾ 9.37 ♌ quibus ſemidiameter addit 15, vt ſit vera longitudo orientalis limbi 9.52, his inſuper addit parallaxis longitudinis quæ tunc erat ex noſtra ſupputatione 29', vt ſit viſus locus limbi orientalis 10.21' ♌, his ſi adieceris diſtantiam cordis ♌ ab eodem limbo quæ erat 13.42, conflabis verum locum longitudinis cordis ♌ in 24.3 ♌ atque hæc obſeruatio certior eſt et conuenientior, concordatque cum diſtantia cordis ♌ a ſtella ſuperiori in pedibus ♊, quam per Eclipſin Anni 73 obſeruaui in 29.28 ♊, ad hanc autem loco eius reducto, cumque cor ♌ ab hac diſtat per obſeruationem 54.35 prouenit locus cordis ♌ in 24.3 ♌ vt prius, ſed examinabimus etiam per latitudines hoc negotium paulo accuratius vt ſequitur.

Latitudo limbi ☾ orientalis ad hoc tempus vera eſt 13½ auſtralis, paralaxis latitudinis 28¾, ideo viſa latitudo eſt 42', longitudo autem viſa fuit in 10.21 ♌, his reſpondet declinatio 16.58. Aſcenſio autem recta 132.37. Repetatur nunc prior triangulus, erit ae complementum declinationis ☾ 73.2, ad complementum declinationis ſtellæ, quod eſt vt prius 76.3, latus autem de eſt per obſeruationem 13.42, prouenit itaque angulus dae qui metitur arcum bc. Inueni autem hunc angulum p. 13 M. 52, quare bc addita ad Aſc. R. ☾ dat Aſc. R. cordis ♌ 146.29, hinc et ex data declinatione prouenit latitudo 0.27' Borealis, et longitudo in 24.0½ ♌ exquiſite. Quod tribus quaſi ſcrupulis ab altero diſcrepat, quæ ſane ſunt imperceptibiles.

Nunc etiam ex eadem Eclipſi lucidæ ceruicis Leonis inquiremus locum. Hora 10 M. 6 diſtabat lucida ceruicis a limbo ☾ ſibi proximo 15.47½, fuit autem tunc verus locus centri ☾ in 10^{g} 4' ♌ quibus ſemidiameter addit 15 vt ſit 10.19 ♌, paralaxis autem longitudinis eſt 23'. Eſt itaque viſus locus illius limbi in 10.42 ♌, at cum latitudo vera ſit tunc 16 et paralaxis latitudinis 29, erit viſa latitudo limbi orientalis 45' meridionalis, ex data itaque longitudine Lunæ viſa in 10.42 ♌ cum latitudine viſa 45 prouenit declinatio viſa 16.50, Aſc. R. viſa 132.58. Ergo rurſus in antecedenti trigono datur ae 73.10, ad ex altitudine ſtellæ et declinatione hinc data, eſt autem altitudo meridiana 56.1, ideoque declinatio 21.54 borea, complementum huius eſt ad 68.6,

latus d e eſt 15.47½, ergo datur b c per nonum dogma. Sed inquiramus potius ad centrum ☾, vt ſit diſtantia ſtellæ a centro ☾ adjectis 15 ſcrupulis, 16 partium et 3 ſcrupulorum, viſus autem locus centri eſt in 10.27 ♌, latitudine eiusdem viſa exiſtente 44, ideoque declinatione exiſtente 16.55 et aſcenſione eius recta 132.43, hinc locum ſtellæ rimabimus in hunc modum. Angulus d a e qui metitur differentiam Aſc. rectæ ☾ et ſtellæ eſt 16.11 qui additus ad aſcenſionem rectam ☾ dat ſtellæ aſcenſionem rectam 148.54, cumque declinatio eius exiſtat 21.54 prouenit per triangularem operationem ceruicis ♌ mediæ latitudo B. 8.42, longitudine ipſius exiſtente 23.29.

Repetitio obſeruationis ad cor ♌ quæ primum facta eſt.

Paulo ſcrupuloſius omnia trutinando inuenio ex emendatione temporis primam obſeruationem diſtantiæ cordis ♌ a limbo ☾ occidentali fuiße factam H.9 M.7 quando longitudo vera centri ☾ fuit 9.38 ♌, cui paralaxis longitudinis addit 29½, vt ſit viſa longitudo centri in 10.7 ♌, latitudo vera eſt 12½, paralaxis latitudinis 28¾, ergo viſa latitudo centri ☾ eſt 41', hinc prouenit Aſc. recta ☾ 132.23 et declinatio 17.3. Diſtabat autem per obſeruationem tunc 13.57 a centro ☾, nam a circumferentia aberat 13.42, hinc datur arcus differentiæ aſcenſionalis 14.7, vt ſit vera Aſc. R. cordis ♌ 146.30. Hinc et ex declinatione 13.57 data, prouenit per ſupputationem triangularem cordis ♌ latitudo 0ᵍ 27⅓' Borea, longitudo vero exiſtit in 24.1½ ♌, atque huic potes potius fidem adhibere, concordat enim cum aliis.

II. Ceruix ♌.

Altera obſeruatio ceruicis ♌ quæ facta eſt hora 10 M. 30 ſe in hunc modum habet. Fuit tunc locus ☾ verus 10.14½ ♌ cum latitudine 15½, paralaxis longitudinis 23, latitudinis 29, ideoque longitudo centri viſa 10.37½ ♌, latitudo 44½. Hinc prouenit declinatio 16.52½, Aſc. recta 132.53. Latus itaque a e eſt 73.8, ad 68.6, latus vero d e diſtantiæ centralis eſt 15.57. Angulus d a e qui metitur differentiam aſcenſionalem eſt 16.3, ergo Aſc. Recta ceruicis ♌ 148.56. Punctum culminans 26.42 ♌ cuius declinatio 12.37, angulus inclinationis Meridiani et Eclipticæ 70.4, differentia declinationis 9.17, ergo latitudo 8.43½, longitudine exiſtente 23.31½, quod ſaltem in vtroque a priori pauculis ſcrupulis abundat, vnde ſi longitudinem ſtellæ conſtitueris in 23.30 Leonis, cum latitudine 8.42, inſenſibiliter aberrabimus.

III. Obſeruatio ceruicis.

Hora 11 Mto 11 tempore verificato iuxta horologium fuit verus locus ☾ in 10.32½ ♌, latitudo vera 17, ideoque cum paralaxis longitudinis fuerit 16, latitudinis 29, erit longitudo viſa in 10.49 ♌, latitudo 47' M., hinc reſpondet declinatio 16.46½, Aſc. Recta 133.4. Eſt itaque latus a e 73.16, ad 68.6, d e 15.42 per obſeruationem reductam ad centrum. Angulus d a c, differentiæ Aſc. 15.44, ideoque Aſcenſio recta 148.48. Punctum reſpondens 26.34 ♌, cuius declinatio 12.40, quæ differt a declinatione ſtellæ 9.14, ideoque angulo inclinationis exiſtente 70.6 prouenit latitudo ſtellæ 8.41 fere, longitudine exiſtente 23.24. Sed hæc vltima obſeruatio non fuit ſatis certa propter nubes et nebulas interuenientes, fidendum itaque potius anterioribus et præſertim primæ, quæ cœlo ſereniori facta eſt H. 10 Mto. 6.



Pro loco autem ſtellæ verificando accepimus bis eius diſtantiam ab oculo ♉ 38 20, declinatio vero dabitur per Alt. obſeruatam Anno præcedente vnde ea quærenda erit inter eius anni obſeruata, atque hinc ex loco Aldeboræ dabitur aſcenſio recta huius ſtellæ et deinde Long. et Latitudo.

Inter oculum ♉ et limb. ☾ inferiorem illuminatum obſeruabatur
H. 7.48 37 24 Azim. ☾ 1 6 Alt. 17 25
54 37 17½ 2 33 16 30
58 37 12½ 3 20 16 6
8.13 37 8

Hæc Azim. numerantur ab occaſu verſus Septent. Deinde obſeruarunt Gellius et Andreas inter limb. ☾ occidentalem et oculum ♉
H. 9 M. 12 36 23
18 36 19
29 36 2
33 36 0

Paulo poſt H. 10 M. 10 ☾ occidere viſa eſt.

Atque omnes hæ antecedentes diſtantiæ factæ ſunt per Sext. Trig. ſatis diligenter, vt vnius ſcrupuli error in ijs vix latere poßit.

Per radium captæ ſunt eodem veſperi hæ diſtantiæ.
H. 5 M. 41 inter ♀ & ☾ limb. occid. 6 19
49½ eadem diſtantia 6 17
56 6 8
6 14 5 53
20 5 52

Deinde a capite ♈ ad inferiorem limbum ☾.
H. 6 M. 54 7 8
56 7 8
59 7 3
7 1 diſt. ♀ & limbi ☾ occid. 5 38

Memineris autem vbique quod diſtantiæ per radium ſint fallaces, per Sextantem certæ. Vſus autem ſum vbique maiori horologio.

DIE 26 FEBRUARIJ.

H. 1 M. 26 obſeruaui per Sext. quod fuerit inter Solem et ☾ limbum P. 52 M. 15.

Fuit autem tunc ſuperioris cornu Alt. 48 16
& partis illuminatæ verſus occaſ. Azim. 38 17
H. 1 33 eadem diſtantia 52 17½
& capiendo vt prius Alt. 48 38,
Az. 36 17

	Dift.	Alt.	Azim.
H. 1 43	52 21	49 16	33 3
1 45	52 22½	49 36	32 17
1 47	52 23	49 45	31 34
1 52	52 25	50 5	29 57

Atque has obſeruationes omnes feci per Sext. Trig. ad Solem et ☾, et collatis ſingulis inuenio quod H. 1 M. 40 quando ☾ in ipſo 90 Gr. carens parallaxi longitudinis fuerit P. 52 M. 20, cui potes te fundare. Fuit autem tunc collatis ceteris Alt. ſupremæ circumferentiæ ☾ 49 5 Azim. limbi occid. 32 5.

Id quod collegi ex antecedentibus.

Per Armillas vero obſeruando H. 1 M. 37, poſito loco Solis in 17 40 ♓, fuit limbus ille ☾ viſus in 9 55 ♉. Fuit autem tunc temporis ☾ ſuperioris limbi Alt. 48 55, Azim. limbi occid. 34 50 fere. Deinde H. 2 13 viſus eſt idem limbus occid. ☾ in 10 10 ♉, Azim. ipſius exiſtente 22 23 et Alt. ſuper. circumferentiæ 51 25.

Patet itaque quod ☾ ſpatio 33 minutorum temporis progreßa fuerit 15 min. in cœlo, quod non multum a vero aberrat, ſed fidendum potius diſtantiæ acceptæ per Sextantem a Sole.

H. 3 13′ 20″ tranſiuit limbus ☾ occidentalis per meridianum, habuitque Alt. ſuper. ☾ 53 26. Deinde per Sext. in continenti.

Inter ☾ limbum occid. et ♀

H. 3 13′ 55″	6 50	Omnes inter ☾ limbum occid. et ♀. Satis bonæ.
16 13	6 52	
17 45	6 53	
19 0	6 54	
20 50	6 54	
22 30	6 55	
26 0	6 58	

Hæ diſtantiæ ſunt meliores quam per radium.

Fuit autem hoc vltimo tempore limbi lunaris Azim. a meridie verſus occaſum 4 50, Alt. 53 18. Altitudo autem vt prius fuit ſuperioris limbi vel ſupremitatis de cornu, vnde auferenda ſemidiameter.

Deinde poſt occaſum ☉ hæc obſeruabantur.

H. 6 42	Inter ♀ et occid limb. ☾	8 18
46½		8 16
50		8 15½
55		8 23
58		8 22½

Videtur autem collatis ſingulis quod certiores fuerint obſeruatio ſecunda facta H. 6 46½ in diſtantia 8 16 et ea quæ facta eſt H. 6 58 in diſtantia 8 22½, eſt enim differentia M. 6½ interuallo temporis M. 11½ reſpondens. Quod cum motu horario ☾ a ♀ ſatis correſpondet, ceteris etiam obſeruationibus vbi limitentur inſenſibiliter refragantibus.

H. 7 M. 13 inter ♀ et occid. limbum ☾ 8 31 ſatis bona. Fuit autem tunc Azim. occident. limbi ☾ 74 30, habuitque inferior limbus Altitud. 33 43.

Deinde animaduerti quod Aldeboram et ſuperius cornu lunæ atque lucida capitis ♈ eßent exquiſite in vna linea recta, nam adhibita regula ad vtrasque ſtellas præciſe ſupremitatem luminis ☾ contingere videbatur, manſit autem idem cornu ☾ in ea linea vltra horas duas, quare aliquoties interea, diſtantiam eiuſdem cornu a capite ♈ et oculo ♉ per Sextantem (vt alias omnes) deprehendimus, vt hinc ex dato lunæ loco viſo, ſtellarum loca poßent reſtitui.

H. 7 M. 20½ inter ſuperiorem cuſpidem lucentis cornu ☾ et oculum ♉ 23 12½, fuitque in eodem inſtanti eiuſdem cuſpidis Azim. 76 0, Alt. 35 14.

H. 7 M. 25½ Idem cuſpis a capite ♈ 12 18, eratque cuſpidis ☾ Azim. 77 8, Alt. 32 35.

H. 7 M. 44 Idem cuſpis ☾ et caput ♈ 12 32, fuitque eiuſdem cuſpidis Azim. 82 6, Alt. 30 7.


H. 7 M. 46 Aldeboran et eiuſdem cuſpidis diſt. 22 58½. Fuitque eiuſdem cuſpidis Azim. 81 50, Alt. 29 46.

Videtur aliquid vitij eße in vno horum duorum Azimuthorum, quod


calculus bene indicabit cui potius fidendum.

H. 8 M. 28 tranſiuit cuſpis ſuperior ☾ per 90 a meridiano, habens altitudinem in eodem loco 24 20.

Memineris autem quod non ſit reuera hæc altitudo ipſius ſuperioris limbi, eo quod Luna per cuſpidem ſuperiorem plurimum nutabat verſus occaſum in hunc fere modum.



Atque hoc in ceteris quoque obſeruationibus ad hanc lunæ cuſpidem obſeruandam venit. Direxit autem circa hæc tempora luna lineam tranſeuntem per vtraque cornua verſus genu Caßiopeæ, atque hinc eius cuſpidis inclinatio cognoſci poterit plene, quem-



admodum linea ducta per ſuperius cornu Aldeboram et caput ♈ vti diximus vna pertranſibat, vt eßent hæc tria in vna linea. Sic linea ducta a ♀ ſtella per inferius cornu ☾ in mediam Pleiadum incidebat, præſertim in eam quæ eſt lucidior earum circa hoc tempus, ſed paulo poſt in mediam ipſam quantum per oculum et regulam videre licuit.

Deinde cuſpidem illam ab Aldeboram et Capite ♈ obſeruauimus.

H. 8 M. 37 Inter cuſpidem ſuperiorem ☾ et Cap. ♈ 12 56½

8	*41*	*Inter eand. cuſp. et Aldebor.*	*22*	*33*
8	*47½*	*Eadem cuſpis et Cap. ♈*	*13*	*2*
		Eiuſd. cuſp. Azim.	*86*	*51*
		Alt.	*21*	*37*
8	*51*	*Ead. cuſp. et Aldeb.*	*22*	*28*
		Eius denique cuſp. Azim.	*85*	*5*
		Alt.	*21*	*11*

Nota: hæc Azim. numerantur a Sept. verſus Occaſum.

H. 8	*57½*	*Idem cuſp. a Cap. ♈*	*13*	*6*
		Eiuſdem Azim.	*84*	*0*
		Alt.	*20*	*25*
8	*59*	*Eadem cuſp. ab Aldeb.*	*22*	*23*
9	*7½*	*Eadem cuſp. et cap. ♈*	*13*	*12*
9	*10½*	*Ead. cuſp. ab Aldeb.*	*22*	*16*
9	*15*	*Ead. cuſp. a cap. ♈*	*13*	*14*
9	*17½*	*Eadem ab Aldeb.*	*22*	*14*

Azimutha hic non accepimus.

Hæ quidem vltimæ obſeruationes ab H. 8 M. 57½ vsque in H. 9 M. 17½ cuſpidis ☾ ab Aldeb. et cap. ♈ ſunt mediocriter bonæ, verum quia inclinabant tunc hæc ſidera verſus occaſum, et rariuſculæ ibi etiam erant nubes, poterat facile 2' vel 3' error irrepere. Quare potius fidendum erit ijs, quas ſupra accepimus, præſertim ijs, quas ab H. 8 M. 37 in H. 8 M. 37 in Horam 8 M. 51 nacti ſumus.

Nota. Omnes diſtantiæ factæ hoc veſperi et præcedentibus ad ♀, ☾ et ſtellas ſunt per Sext. Trig. vt ijs ſatis fidere poßis, ſed per Radium etiam eodem hoc veſperi capta eſt diſtantia ♀ et occ. limbi ☾

H. 7	*35½*		*8*	*46½*
7	*41*	*Eadem diſtantia*	*8*	*48*
7	*48*	*Eademque reiterata*	*8*	*48½*

Sed non multum fidendum eſt Radio in his diſtantijs.

Proxime ſequenti meridie Maius Horol. ſaltem 0 M 48'' celerius ibat.

DIE 27 FEBRUARIJ.

☾ tranſit hac die per 90 Gr. carens parallaxi longitudinis H. 3 M. 9½ p. m.

Deinde obſeruauimus per Armillas ☾ ad Solem, et

H. 3 M. 11½ viſus eſt limbus ☾ occidentalis in 25 5 ♉, poſito loco ⊙ in 18 43 ♓. Sed poſtea correxi circulum Longitud., ponendo eum in 25 10 ♉ et ♏. Et

H. 3 22′ 47″ manente Sole in eodem loco viſus eſt idem limbus ☾ in 25 10 ♉, atque hæc obſeruatio eſt ſatis certa.

H. 4 9′ 20″ fuit ☾ in meridiano habens Alt. 56 57. Obſeruabatur in ☾ quoad Azim. meridiej occidentalis limbus, quoad Alt. ſuperius cornu.

H. 5 5½ diſtabat ♀ a limbo ☾ ſibi proximo 21 0. Fuit tunc in Azim. ☾ a meridie verſus occaſum 22 57, Alt. inferioris limbj 55 3½.

Nota, quod in his obſeruationibus quoad diſtantiam et azimutha capitur limbus ☾ occid., quoad alt. limbus inferior.

H.	M.	♀ et ☾	Azim. ☾	Alt.
H. 5	M. 10	21 2½	24 30	54 53
	12	21 2	melior hæc	priori
	54½	21 17½		
	56	21 18	40 47	51 32
6	0	21 19	41 52	51 18
6	7	21 20	43 55	50 43
	10	21 20	45 9	50 20
8	12½	22 13½	77 52	35 58
	25	22 19½	80 30	34 7

Erat autem ſuperius cornu ☾ quaſi in linea recta (niſi quod ad modicum erat decliuius) quæ ducebatur a ♀ in boreale cornu ♉ commune cum pede Erichtonij.

H. 9 12 18 ☾ fuit in 90 Gr. a meridie et habuit Alt. quoad limbum inferiorem 28° 0½′. Quo autem ad Azim. intellige limbum occidentalem vt in prioribus. Horologium maius ſequenti Meridie tardius ibat M. 2 42″.

DIE 28 FEBRUARIJ.

☾ tranſit per 90 Gr. H. 4 37′, eſtque tunc locus ⊙ ex obſeruatione meridiana in 19 47 ♓, parall. long. ſubtr. 2′, vt ſit ⊙ vera Long. 19 45.

H. 3 M. 59. Poſito loco ⊙ in 19 45 ♓, viſus eſt limbus ☾ occid. in 9 26 ♊ et ☾ ſaltem 38′ erat anterior ipſo 90 Gradu.

H. 4 M. 8 eodem modo viſa eſt ☾ per armillas in 9 30 ♊. Notandum tamen quod ſolis radij fuerint hoc die non ſatis fortes, quia is ſemper a meridiano uerſaretur in rariuſculis nubibus.

H. 4 M. 36 ☾ fuit in 90 Gr. ab aſcendente, eodem tempore limbus ☾ occidentalis fuit in Azim. a merid. uerſus ortum 14 11, habuitque Altitudinem ſuperior cuſpis 58 15½.

H. 4 42′ 45″ rurſus fuit idem limbus occid. ☾ in Azim. 11 0, Alt. ſup. cuſp. 58 30.

H. 5 9′ 0″ fuit occid. limb. ☾ in meridiano cum ſuperior cuſpis haberet Alt. 58 52½.

H. 5 51 diſtabat ♀ a limbo ☾ ſibi proximo 34 15½, Azim. limbi occid. ☾ 17 40, Alt. infer. cornu 57 30.

H.	M.	♀ et ☾	Azim. ☾	Alt. ☾
H. 5	M. 57	34 17½	19 56	57 16
6	1	34 19	21 30	57 6
	3	34 19½		
	8	34 23½	24 35	56 40½
	10	34 23½	25 27	56 31½
	18	34 25		
9	8	35 36	77 50	37 46
	12	35 35	78 37	37 20
	16	35 36½	79 20	37 0
	18	35 36	79 43 fere	36 44½

Appropinquabat ♀ nubibus circa horizontem et ☾ etiam rariuſculis nubibus obuelabatur, vnde minus exquiſitæ ſibique inuicem correſpondentes hæ videntur diſtantiæ.

H. 10 5′ 12″ tranſiuit occidentalior limbus ☾ per 90 Gr. a meridie, habuitque inferior cuſpis Alt. 30 5½.

Maius Horologium quo in his obſeruationibus vſus ſum, die ſequenti ſaltem 50″ tardius ibat.

DIE 3 MARTIJ.

H. 8 M. 37 fuit ☾ in 90 Gr ab aſcendente gradu, eodemque tempore habuit altitudinem ratione inferioris cornu 53°51′ exiſtens in Azimutho 17 18 a meridie uerſus occaſum ratione limbi occidentalis.

Proxime ſequenti Meridie Maximum Horologium tardius ibat M. 2 40″.

DIE 5 MARTIJ.

H. 10 25 Calx pedis ♊ a limbo ☾ ſibi proximo 46 37⅔
29 Calx pedis ♊ ab eodem limbo 46 40
Azim. ☾ a merid. uerſus occ. 20 50
Altit. ſuperioris limbi 45 53
H. 10 50 cor ♌ a limbo ☾ occid. 8 30
Azim. ☾ 28 47, Alt. 44 4

Sequentes hæ obſeruationes omnes Azim. et Alt. ☾ factæ ſunt per vmbram ☾, numerantur autem Azimutha a media parte lucidæ ☾, Alt. vero a centro.

		☾ et		Azim. ☾		Alt.	
H.11	0 Calx pedis ♊	46	51½	30	20	43	40
	5 Cor ♌	8	25	31	45	43	20
	8 Calx pedis ♊	46	41½	32	52	43	4
	10½ Cor ♌	8	16½	33	59	42	48
	16½ Calx ♊	46	35	35	3	42	30
	18½ Cor ♌	8	19	36	7	42	12
	23 Calx pedis ♊	46	54	37	19	41	50
	26½ Ead. repet.	46	54	38	27	41	33½
	29 Cor ♌	8	21	39	5	41	18
	33 Calx pedis ♊	47	1½	40	20	41	0
	37½ Cor ♌	8	14	41	32	40	37

Erant circa tempora harum obſeruationum cor et cauda ♌ in vna recta linea cum inferiori limbo ☾ ſecundum regulam. Sicvbi in diſtantijs a ☾ multum erratum videtur in collatione obſeruationum, quod alternatim aliæ atque aliæ diſtantiæ captæ ſunt propter variam inſtrumenti mutationem incuria numerationis, id forte factum eſt.

Horologium maius ſequenti meridie viſum eſt ſaltem vno ſcrupulo primo tardius ire, ſole viſo per rimulas pinnacidiorum, non enim erat ſatis ſerenum.

DIE 21 MARTIJ.

Inter orient. limbum ☾ et ♃

Mane H. 4 M. 34	13° 28½′	per Radium
43	13 34	
49	13 38½	
53	13 41½	

DIE 26 MARTIJ.

H.7 13′′55′′ Altit. ſuper. cornu ☾ in 26° 30′ cum ☾ ratione occ. limbi eßet in 90°. 7 36 Azim. occid. limbi ☾ a ſept. verſus occ. 85° 36′, Alt. ſup. cornu 23° 34′.

DIE 28 MARTIJ.

H. 3 44′ 28′′ ☾ fuit in Gr. 90 ab aſcendente carens parallaxi Longitudinis.

H. 3 44 10′′ ☾ in Azimutho a meridie verſus ortum 9 7 ratione limbi occid. Alt. ſuper. cornu 58 52.

H. 3 57 diſtabat ☾ limbus occident. a ♀ 20 3½, Azim. ☾ limbi occid. 3 41, Alt. 58 57 reſpectu ſuperioris cuſpidis.

H. 4 0 Occid. limbus ☾ a ♀ vt prius 20 3½, Azim. occ. limbi 2 19, Alt. 58 57½ ſup. cornu.

H. 4 3½ Eadem diſtantia 20° 4′
4 6 10′′ 20 5
fuitque occident. limbus ☾ in meridiano, Alt. ſuper. cornu 58 59

H.4 9 ♀ ab occid. limbo ☾ 20 5⅔ Azim. occ. limbj. a mer. verſus occ. 1 25, Alt. ſuper. cornu 58 58.

DIE 29 MARTIJ.

H. 5 3′ 54′′ ☾ limbus occid. fuit in meridiano, fuitque Alt. ſuper. cornu 58 18⅔.

Eodem temporc capta eſt diſtantia occid. limbj ☾ a ♀ 33 41½.

H. 5 7′ 30′′ ☾ limbus Occid. in Azim. 1 30 a meridie verſus occaſum, Alt. ſuper. cornu 58 18½. Eodem tempore diſtantia occid. limbi ☾ a ♀ 33 42½.

H. 5 8′ 8′′ ☾ fuit in 90 Gr ab Aſcendente.

H. 5 11 30 diſt. occ. limbi ☾ et ♀ 33 45, Azim. ☾ verſus occaſ. 3° 24′ Alt. 58 18½.

H. 8 10 ☾ videbatur ſenſibiliter coniuncta cum genu borealis Gemini. Nam linea recta ducta per vtrumque cornu incidebat in ſtellam, et apparuit diſtantia borealis cornu ☾ a ſtella quaſi vnius gradus. Per Radium autem 1° 28′ et paulo poſt 1° 24′

H. 10 5′ 45′′ ☾ limbus occid. in 90 Gr. a meridie, Alt. ſuperior. cornu 29 12½.

DIE 30 MARTIJ.

H. 5 56′ 5′′ ☾ limbus occid. in meridiano, eratque Alt. ſuper. cornu 56 11

H.6 24 Inter ♀ et ☾ limb. occid. 46 54
6 28 0″ Azim. occid. limbi ☾ 12 30
Alt. ſuperioris cornu 55 10½

Fuitque hoc tempore ☾ in 90 gradu ab Aſcendente. Eodem tempore inter ♀ et ☾ limbum occid. 46 56.

Nota. ☾ circa hoc tempus fuit circa maximam diſtantiam a centro maioris epicycli, vnde duplatam proſtaphæreſin vtramque exhibebit maximam.

H. 6 30 Inter ♀ et ☾ limbum occid. 46 56½
32½ Eadem diſt. 46 57½
Azim. occ. limb. 14 10, Alt. 55 27½
34 Eadem 46 58⅔
Azim. occ. limb. 15 5 Alt. 55 26½

DIE 31 MARTIJ.

H. 7 46′ 44″ ☾ in 90 Gradu ab Aſcendente carens parallaxi longitudinis.

H. 7 47 15 ☾ limbus occid. in Azim. a meridie verſus occ. 22 30, Alt. ſuper. cornu 51 14.

Hæc obſeruatio facta eſt nubibus raris tranſeuntibus. Sequenti meridie Horol. maius tardius ibat M. 5 S. 55.

DIE 1 APRILIS.

H. 7 33′ 9″ Limbus ☾ occid. fuit in meridiano, Alt. ſuperior. cornu 48 47

H. 8 17 Inter cor ♌ et limbum ☾ occidentalem 12 18. Fuit tunc limbus occid. in Azim. a meridie verſus occaſum 15 13, Alt. ſuperioris cornu 47 56.

DIE 2 APRILIS.

H. 10 17′ 24″ ☾ fuit in 90 ab Aſcendente Gr.

H. 8 17 2 ☾ limbus occid. tranſiuit meridianum, Alt. ſuperior. cornu 44 3½

8 21 50 Cor ♌ tranſiuit meridianum. Alt. per ſplendorem ☾ capere non licuit.

8 28 Cor ♌ et ſuperius cornu ☾ diſtabant per Radium 4° 3′

8 34 Eadem inuenta eſt 4 4

10 18 39 Azim. occid. limbi ☾ a meridie verſus occaſ. 28° 23′, Alt. ſuper. cornu 38 16

DIE 3 APRILIS.

H. 8 58′ 15″ ☾ limbus occid. fuit in meridiano, habens Altitudinem ratione ſuperioris circumferentiæ 39 3½

DIE 5 APRILIS.

H. 10 18′ 45″ ☾ limbus occid. in meridiano, Alt. ſuperior. limbi 28 40

DIE 6 APRILIS.

H. 11 0′ 21″ p. m. occid. limbus ☾ fuit in meridiano, Alt. ſuperior. limbi 23 43

DIE 7 APRILIS, MANE.

H. 2 0′ 20″ ☾ fuit in 90 ab Oriente gradu.

2 0 25 Azim. occid. limbi ☾ 44 30
Alt. ſuperior. limbi 13 57
2 6 Diſtantia occid. limbi ☾ a Spica ♍ per Sext. Trig. 5 28
2 7 Eadem diſtantia 5 28

DIE 24 OCTOBRIS.

H. 4 M. 25 per minus Horologium fuit occidentalior limbus ☾ in Azim. verſus ortum 27 10 et Alt. ſuperioris cornu 15 32. Erat autem tunc Luna exquiſite in 90 gradu ab Horizonte in Ecliptica. Notandum vero quod circa hoc tempus ☾ ſit in maxima digreßione a centro epicycli maioris, vnde maxima vtriusque epicycli proſtaphæreſis.

Deinde H. 4 M. 32 eodem modo Azim. 25 30, Alt. 15 56 etiam ſuperioris cornu et occidentalioris limbi.

Et H. 4 M. 36⅓ eadem ratione Azim. 24 30 Alt. 16 12½, omnia accipiendo in ☾ vt prius.

H. 4 M. 38½ Azim. 24 0 Alt. 16 9 omnia vt prius.

H. 4 M. 42⅔ Azim. 23 0 Alt. 16 33 omnia vt prius. Omnia hæc tempora per minorem quadrantem.

Hinc potes declinationem viſam et latitudinem viſam ☾ inquirere circa tempus, cum nullam fere haberet in longitudine parallaxin.

H. 4 M. 58 fuit ♃ ſtella in Azim. 22 0 et Alt. 13 55, ſed non admodum exquiſite propter interuenientes nubes rariuſculas. Hinc poteris verificare tempora ex dato per ſequentes obſeruationes loco ♃, vt conſtent mo

menta priorum obſeruationum, omnia etiam per minus Horologium.

H. 5 M. 2¼ eadem ♃ ſtella in Azim. 21 0, Alt. 14 8, atque hæc obſeruatio fuit ſatis exquiſita.

H. 5 M. 6½ Azim. ♃ 20 0, Alt. 14 21, atque hinc rurſus, tanquam ex certiori obſeruatione potes corrigere tempus, reſtituto prius loco ♃.

Deinde ☾ diſtantiam a ♄ ſtella obſeruaui, eo quod ea primum iuxta declinationem Eclipticæ occurreret, et inueni eam per occid. limbum diſtare per p. 23 31½. Fuit autem Azim. occid. limbi 13 40, Alt. ſuperioris cornu 18 27. Fuit autem tunc in Horologio minori H. 5 M. 20¾. Correctius Hor. 5 M. 24.

Deinde H. 5 M. 28½ fuit occidentalior limbus ☾ in Azim. Gr. 10 M. 40, Alt. ſuperioris cornu 18 41. Diſtabat vero per Sext. Trig. limbus occidentalis a ♄ 23 27.

H. 5 M. 33 rurſus eodem modo Azim. ☾ 10 38, Alt. 18 44, diſtantia 23ᵖ 26′. Sed hæc obſeruatio non fuit ſatis certa propter interuenientes nubes.

H. 5 M. 42½ denuo eadem ratione fuit Azim. ☾ 8 10, Alt. 19 2, diſtantia vero occidentalioris limbi a ♄ ſtella eodem inſtantj 23 21, atque hæc obſeruatio fuit ſatis certa in omnibus.

H. 5 M. 44½ rurſus Azim. ☾ 7 35, Alt. 19 6, omnia accipiendo vt prius quo ad limbos ☾. Diſtantia vero erat 23 16[1]*, ſed dubium eſt de hac obſeruatione.*

H. 5 M. 51 Azim. ☾ 5 59, Alt. ſuper. circumferentiæ 19 19, diſtabat a ♄ P. 23 17½′, atque hæc obſeruatio certior priore.

H. 5 M. 54½ Azim. ☾ 5 10, Alt. 19 20, Diſtantia a ♄ 23 18, ſed fuit error quidam in pinnacidio.

H. 5 M. 59 (H. 6 M. 2¾ correctum) *Azim. ☾ 3 52, Alt. vero 19 25. Diſtantia a ♄ 23 11. Atque hæc fuit ſatis certa.*

H. 6 M. 14½ (H. 6 M. 18 S. 20 corr.) *exquiſite limbus occid. ☾ fuit in meridiano, habuitque tunc ſuperius cornu altitudinem 19 28. Fuit autem in eodem inſtanti diſtantia ☾ ab extrema alæ Pegaſi p. 52 20½.*

H. 6 M. 18¾ Azim. limbj occidentalis ☾ 1ᵍ . . . 0°[2]*, Alt. 19 27, diſtantia ab extrema alæ Pegaſj P. 52 M. 18, bonæ hæ duæ obſeruationes.*

Deinde paulo poſt H. 6 M. 22¾ fuit eadem diſtantia inuenta 52 19, ſed fide potius antecedentj. Tempus correctum tranſitus H. 6 M. 30¾.

H. 6 M. 26 40″ tranſiuit ♃ ſtella per meridianum habens altitudinem 16 19, atque hinc etiam ex dato loco ♃ potes inquirere locum ☾, per interuallum tranſitus inter ♃ et ☾ 12 M. 10″.

H. 6 M. 32½ fuit Azim. ☾ 4 23 verſus occaſum, Alt. 19 25, diſtabat limbus occidentalis ☾ rurſus a ♄ 23 Gr. 0 M.

H. 6 M. 37 Azim. ☾ 5 30, Alt. 19 23, diſtantia a ♄ 22 58½. Atque hæc etiam ſatis bona.

Deinde H. 7 M. 12 diſtabat per Radium ♃ a ſuperiori limbo ☾ partibus exquiſite 4. Fuit autem hæc diſtantia maxima ex parte latitudinis, nam ambo cornua cadebant quaſi in ♃.

Deinde H. 7 M. 17 diſtabat ab inferiori cornu ☾ p. 3 24′ vt ſit diameter ☾ 36.

Horologium minus tardius ibat ſequenti meridie M. 9 S. 10.

DIE 25 OCTOBRIS.

Per minus Horolog. H. 4 M. 49 } Fuit
Per maius 4 45 } Azim.
☾ iuxta occid. limbum 34 G. 30′ verſus ortum. Alt. vero 18 32.

Diſtabat vero eodem inſtanti limbus occid. Ioui proximus ab ipſo ♃ p. 11 M. 42.

Fuit autem ☾ circa hoc tempus in 90 gradu Eclipticæ ab ortu, carens parallaxi longitudinis, et non longe remota a maxima diſtantia Epicy-

[1] Lineis inducta.
[2] Sic in codice V.

clorum. Sed et rurſus eadem in hunc modum obſeruaui[1].

Per minus Horol. H. 4 M. 54 40'' } *Fuit ☾*
Per maius 4 50 20 } *Azim.*
Tempus correctum 4 53 0 } *33 16,*
Alt. ſuperioris limbi 18 55. Diſtantia eiusdem limbi a Ioue 11 44½.

H. 4 59¾' per minus Horol. } *Azim. oc-*
4 55 20'' per maius } *cid. limbi*
32 Gr. 2', Altit. 19 G. 20', Diſt. occ. limbi a Ioue 11 46⅓.

H. 5 4⅙ per minus Horol. } *☾ occid.*
5 0 per maius } *limbi*
Azim. 30 G. 52' orient. Altitudo ſupremæ circumferentiæ 19 48. Diſtantia occid. limbi a ♃ 11 48⅓. Hæ omnes obſeruationes ſatis bonæ.

H. 6 M. 14⅙ per minus } *fuit*
6 4⅙ per maius horol. } *Azim.*
occid. limbi ☾ 14 20, Alt. ſupremæ circumferentiæ 23 25, diſtabat autem occid. limbus ab inferiori in cornu ♑ p. 26 M. 43⅓.

H. 6 19⅔ minus } *Azim. ☾ 12 50, Alt.*
6 9⅓ maius } *23 40½, Diſt. a cornu*
inferiori ♑ 26ᵍ 44½'.

H. 6 43⅚ per minus } *diſtabat occid.*
6 32 0 per maius } *limbus ☾ ab ex-*
trema alæ Pegaſi per Sext. Trig. vt ſupra p. 38 55½. Fuit autem Azim. occid. limbi 6 40, Alt. ſuperioris circumferentiæ 24 18.

H. 6 48⅚ per minus } *tranſiuit extre-*
6 36⅓ per maius } *ma caudæ ♑*
6 46⅓ temp. corr. } *meridianum,*
habens altitudinem 16 13.

H. 6 53⅚ per minus } *rurſus obſerua-*
6 41 0 per maius } *batur diſtantia*
☾ iuxta limbum occid. ab extrema alæ Pegaſi 38 G. 48', fuitque Azim. 4 G. 18', Alt. 24 29.

H. 6 59⅙ per minus } *☾ Azim. exi-*
6 46 per maius } *ſtente 3 0, Alt.*
24 33, diſtabat occidentalis limbus ☾ ab extrema Pegaſi p. 38 M. 42½.

H. 7 M. 11 40 per minus } *tranſiuit oc-*
6 57 10 per maius } *cid. limbus*
☾ per meridianum, habuitque ſuprema circumferentia Alt. 24 35, diſtabat autem eodem inſtanti occid. limbus ab extrema alæ Pegaſi p. 38 M. 39½. Atque hæc obſeruatio fuit ſatis certa, cui potes fidere. Per Q. muralem tunc alt. centri ☾ 24 15, ſed non ſatis exquiſita.

His itaque omnibus limitatis et inter ſe collatis potes hinc colligere locum Lunæ ad certum et datum horæ ſcrupulum, et inde cum ſit non longe hoc tempore a remotione maxima medij motus quoad vtrumque epicyclum rimari epicyclorum iuſtas quantitates et proſtaphæreſium correctiones.

Nota. Obſeruationes in ☾ ſequenti veſperi factæ ſunt quidem mediocres et ſatis bonæ, licet ☾ non ſplenduerit libere, ſed per rariores nubes viſa ſit, ſed tamen ſatis bene inter ſe conueniunt.

DIE 26 OCTOBRIS.

H. 5 M. 22 per maius (5.33 Temp. corr.) *inter ♃ et ☾ limbum occid. per Q*[2]. *Tichon. 25 38. Fuit autem ☾ tunc iuxta 90 gradum Eclipticæ ab ortu.*

Deinde H. 5 M. 26½ in maiori horol. fuit eadem diſtantia 25 41. Habuit autem limbus ☾ occid. Azim. 37 40 verſus ortum. Alt. 23 25 ſupremi cornu[3].

H. 5 M. 32 per Max. eodem modo ☾ Azim. 36 8, Alt. 24 0, Diſt. a ♃ 25 43.

H. 5 M. 36½ Azim. 35 0 Alt. 24 22', et tunc diſtantia eiusdem limbi a ♃ 25 45. Hinc potes per locum ♃ verificare Lunam iuxta 90 Gradum.

H. 6 12 (Hora correcta 6.25) *quaſi tranſiuit ♃ ſtella meridianum habens altitudinem maximam 16 22 tam per Q. Mur. quam per Q. Max., per Q. vero Min. 16 21½. Hinc datur declinatio ♃, et ex diſtantia ab aliqua fixa heri ſumta (nam hoc veſperi non erat ſatis ſerenum) habita proportionis motus ratione longitudo et latitudo*

[1] Adſcriptum eſt alia manu: »NB. ☾ circa nonageſimum gradum iuxta ſupputationem Hora 4 M. 51«.
[2] An »Sext.«?
[3] Adſcriptum eſt alia manu: »Ex Azim. et Alt. Reſp. H. 5 M. 37⅔«.

♃. *Atque inde locus ☾ inueniri poteſt. Pro tempore autem verificando potes ἐν πλάτει vti hoc dato tempore tranſitus, quamuis non fuit ſatis tunc ſerenum.*

H. 7 M. 41½ fuit occid. limbus ☾ in meridiano habens Alt. quo ad ſupremum cornu

per Q. Mur. 30° 12½′
per Q. Max. 30 13½
per Q. Min. 30 13½

Poteris itaque maiorem fidem duobus poſterioribus habere. Sed ☾ non ſatis clare propter nubium interſtitium videbatur.

DIE 27 OCTOBRIS.

H. 6 M. 10½ per maius Horol. fuit ☾ quaſi in 90 gradu et habuit occid. limbus Azim. 43½ orientale. Alt. ſuperioris cornu 27 G. 52′ per Q. Max. Et diſtantia ☾ occid. limbi a ♃ 40 12½.

H. 6 M. 24 per maius eodem modo fuit ☾ Az. 40 0, Alt. 29 12, diſtantia a ♃ 40 18½.

H. 8 43½′ ☾ occid. limbus fuit in meridiano habens alt. ſuper. cornu 36 29.

DIE 12 NOUEMBRIS, MANE.

H. 7 29′30″ Azim. orientalioris limbi ☾ a meridie verſus ortum 31 41
Alt. inferioris cornu 14 2
Diſt. orientalis limbi a ♀ 10 37
7 40 5 Azim. orient. limbi ☾ 29 12
Alt. inferioris cornu 14 40
Diſt. orientalis limbi a ♀ 10 34
7 46 5 Azim. orient. limbi vt ſupra 27 55
Alt. infer. cornu 15 2
Diſt. or. limbi a ♀ 10 32

Proxime ſequenti meridie Horologium maius, quo in his obſeruationibus vſi ſumus, 3 minutis tardius mouebatur ☉ tranſitu per rimulas pinnacidiorum obſeruato.

DIE 22 NOUEMBRIS.

Diſtabat inferius cornu ☾ a ♄
H. 6 53′30″ gradibus 5½ per Radium.
59 5 diſtantia ☾ a ♄ 5° 21′
Mox repetita eadem diſtantia per Radium 5 26

H. 7 4′ 50″ diſt. ♄ ab inferiori cornu orientalioris limbi ☾ 5 25

Atque hæc erat reliquis melior obſeruatio.

H. 6 50′ 0″ Diſt. occidentalioris limbi ☾ a Vulture 44 48
7 8 0 Azim. occid. limbi ☾ a meridie verſus occaſum 22 50
Altitudo 25 25
Diſt. occid. limbi a Vulture 44 50½
7 10 15 Azim. occ. limbi ☾ 23 20
Alt. 25 18
Diſt. occ. limbi ☾ 44 52

Fuitque ☾ hoc tempore in maxima proſtaphæreſi, ratione vtriusque epicycli ſui.

DIE 23 NOUEMBRIS.

H. 3 M. 54 fuit ☾ in 90 gradu.

	Occid. limbi ☾ Azim. a mer. verſus or.	Alt. infer. cuſpidis	Diſt. ♃ et occid. limbi per Sext.
3H 58′ 16″	43 0	25 6	
4 10 52	39 44	26 7	
4 15 48	38 27	26 37	
4 21 2	37 10	26 58	
4 30 40	33 34	27 43	31 14
4 36 45	33 0	28 12	31 16½
4 46 56	30 10	29 0	31 19½

DIE 24 NOUEMBRIS.

	Azim. occ. limbi ☾	Alt. circumfer.	Diſt. ♃ ab occ. limbo
4 53 20			45 17
5 6	41 50	31 55 inf.	45 22
5 10 12	40 0	32 49 ſup.	45 24
5 14 40	39 20	32 32 inf.	45 26½
5 18 42	38 10	32 50 inf.	45 28½

Fuit autem ☾ non longe a maxima remotione vtriusque epicycli.

DIE 25 NOUEMBRIS.

	Azim. occ. limbi ☾ per minorem Q.	Alt. infer. limbi	Diſt. occ. limbi ab Aldeb. per Sextant. △.
6H 13′ 10″	42 30	37 23	47 32½
6 21 16	40 0	38 10	47 28½
6 27 14	38 34	38 30	47 25
6 31 4	37 25	39 23	47 22
6 36 50	36 0	39 26	47 20
6 39 20	34 30	40 13	47 17½
6 44 0	33 50	40 10	47 15½

DIE 27 NOUEMBRIS.


8ᴴ 59′ 46 Azim. occid. limbi ☾ 26 40
et tunc fuit quaſi in 90 gradu ab aſcendente verſus meridiem. Per Q. Minorem Alt. inferioris circumferentiæ 51 44
Diſt. ☾ infer. cuſpidis ab Aldebora ſiue oculo ♉ per Sext. △ 17 14½
9 12 40 Azim. occid. limbi ☾ 21 50

Alt. infer. circumf. per Q. min. 52 23
Diſt. inf. cuſp. ☾ ab Aldeb. 17 10
9 28 30 Azim. per Q. min. 16 10
Alt. infer. circumferentiæ 53 17
Diſt. earundem per Sext. △ 17 6
9 31 24 Azim. per Q. min. 14 55
Alt. infer. circumf. 53 20
Diſt. earund. ☾ et Aldeb. 17 4

LOCA LUNÆ[1].

DIE 25 FEBRUARIJ.

Inquiſitio loci ☾ ex obſeruatione a ⊙ cum eßet circa nonageſimum gradum.
H. 1 M. 0 p. m. Verus locus ⊙ 16° 43′ 29″ ♓. Iuxta hunc correctum ⊙lis locum per Armillas Zodiacales addito vno minuto pro parallaxi 25° 4′ ♈. Deinde
H. 2 M. 25 diſtantia centri ☾ a ⊙, aßumto ſemidiametro 15ᴹ. Latitudo ☾æ ἐν πλάτει 5° 10′, ex noſtris tabulis, fuit enim fere circa Boreum limitem. Vnde per triangulorum ſcientiam eius locus inueſtigatur in hunc modum.



In triangulo BCD rectangulo
DC 5.10
BC 39.13
BDC angulus rectus.
Ergo DB 38° 55′ 47″. Locus ⊙ ♓ 16° 47′ 23″. Ergo locus ☾æ 25° 43⅛′ ♈, ſcilicet 40⅛ minutis plus quam antea, ſpatio temporis H. 1 M. 35 quæ iuxta motum ☾ diurnum fuißent 58. Sed huic analogicæ ☾ris curſus expeditioni tantum refractio ⊙ ac παραλλαξις longitudinis ☾æ (erat enim circa 90° H. 0 M. 13 p. m.) merito derogari poterat.

DIE 26 FEBRUARIJ.

Inquiſitio apparentis loci ☾æ ex diſtantia a ⊙, data vt prius latitudine eius vera.
H. 1 M. 40 Diſtantia inter occidentalem limbum et ⊙em 52.20, ſemidiam. 15ᴹ.
Latitudo ☾ 4° 47′ B.
DC 4 47
BC 52 35 diſtantia centri ☾æ a ⊙le.
BDC rectus
BD 52 25 48, arcus differentiæ longitudinis.
17 45 0 ♓ locus ⊙lis.
Ergo Longitudo ☾æ 10° 10′ 48″ ♉.

Pro parallaxibus ☾æ eruendis ex obſeruationibus circa meridianum ac 90mum gradum.

[1] E Codice V.

DIE 28 FEBRUARIJ.

H. 5 M. 9½ occidentalis limbus ☾æ fuit in meridiano. Altitudo centri ☾ 58 37½.

Ergo Declinatio viſa	24°32′		
Locus verus ☾ ex obſeruatione	10	20 ♊	
Vera Latitudo ex tabulis noſtris	3	3	0
Vera Declinatio	25	7	0
Parallaxis altitudinis		35	0
H. 5 M. 51½ Parallaxis Altitudinis		35	45

Pro diſcretione parallaxium in longitudine ad hoc tempus.

I. In triangulo ABD dantur:

BA	34	5	30	complem. eleuat. poli obſeruatæ
DA	65	25	0	complem. declinationis obſeruatæ
DB	32	13	0	complem. altitudinis obſeruatæ
Ergo BAD	10	17		
ABD	162	16		


II. In triangulo ABC dantur:

BA	34	5½		Parallaxis Decl.		35M
CB	31	37½ compl. veræ altitudinis		Parall. Aſc. R.		7½
ABC	162	16		Aſc. R. vera	68	35⅔
Ergo CA	64	50 compl. veræ declin.		Declin. vera	25	10
Ergo BAC	10	9	24 vera diſtantia ☾ a meridiano	Reſp. Vera Longit.	10	41 ♊
				Viſa Longit.	10	29
				Parallaxis longit.		12

Die 28 Feb.[1] H. 5 M. 51 Diſtantia centri ☾ a ♀ 34°31′

BA	65	25	Declin. ♀ B ex obſerv.	16	12
CA	73	48	Aſcenſio recta ♀	32	37½
BC	34	31	Declinatio ☾	24	35
BAC	35	50½	Aſcenſio recta ☾	68	28
			Longitudo	10	29 ♊
			Latitudo	2	30½ B

Atque hic locus ☾ cum tranſitu per meridianum mediocriter conuenit reſpectu motus ☾æ; at parallaxis longitudinis addenda, nam mora ☾ circa nonageſimum gradum fuit H. 4 M. 37.



DIE 3 MARTIJ, P. M.[2].

Luna iuxta nonageſimum gradum ab Aſcendente obſeruata in altitudine et azimutho.

H. 8 M. 37 S. 57 Altitudo centri ☾æ 54° 8′

Azimuth obſeruatum a mer. ad occ. idque in occid. limbo 17° 18′.

Pro correctione Azimuthi ſemid. ☾ iuxta horizontem.

BA, CA } 35 52 complementum altitudinis ☾

BC 0 16 ſemidiameter ☾æ.

Ergo FG 27M ſemidiameter ☾ apud horizontem

Igitur verum Azimuth Centri 16° 51′.

[1] Poſtea (poſt diem 30 Martii) ſcripta.

[2] Adſcriptum eſt: Equatio temporis 2 M. 46 S.

Pro declinatione ☾[ae].

34° 5′ 30″ complementum eleuationis poli.
35 52 0 compl. altitudinis ☾
163 9 0 compl. Azim. ad 180°.
Ergo 69 5 45 compl. declinationis.
10 29 0 diſtantia ☾ a M. C.
Aſcenſio recta ☉[lis] 353°35′ 23″
Ergo Aſcenſio recta ☾ 112 35 45
Ergo Longitudo 21 3 24 ♋, Latitudo 0° 58′ 37″ M.
Ex Tabulis Prut. long. 21 52 9 ♋
Differentia 48′ 45″


Pro παραλλαξι ☾ circa nonageſimum.

Motus ☊ Draconis	15° 46′ ♑		
Argumentum latitud. ☾	6[s] 5 18		
Latitudo ex prop. tab.		29	1 M.
Latitudo e Tab. Ptolemæj		27	41
Latitudo obſeruata	0	58	37 M.
παραλλαξις ☾ in circulo altitudinis iuxta noſtram latit.		29	36

DIE 5 MARTIJ.

Inveſtigatio motuum ☾[ae] apparentium cum circa nonageſimum gradum eßet, ex obſeruatione.

H. 11.0 Diſtantia limbi ☾[ae] occ. a calce pedis ♊ 46° 51½′
11.5 Diſtantia occid. limbi a corde ♌ 8 25
Declinatio B. ☾ centri 12 50 ex altit. et azim.
Declinatio B. calcis ♊ 22 38
Declinatio B. cordis ♌ 13 58
Aſcenſio recta calcis pedis ♊ 89 26
Aſcenſio recta cordis ♌ 146 29



BA	67	22		DA	76	2
CA	77	10		CA	77	10
BC	47	7		DC	8	10
BAC	48	36	32	BAC	8	19

Ergo Aſcenſio recta centri ☾ a calce pedis ♊ 138° 2½′
a corde ♌ 138 10

Igitur H. 11 M. 3 quando ☾ fuit circa nonageſimum gradum, Aſcenſio recta eius limitata 138° 6′, reſp. Longitudo 16° 38′ ♌
Latitudo 3 13⅘ M.
Ex correctis tabularum motibus locus ☾ 17 32 43

DIE 30 MARTIJ.

Cum ☾ haud longe abeßet a maxima centri I epicycli remotione inueſtigatur ex obſeruatione a ♀ circa nonageſimum gradum locus eius apparens in hunc modum.

H. 6 M. 28 Diſtantia inter occid. limbum ☾ et ♀ 46° 56′, ſubtrahe 1′ pro parall. ♀

BA 64° 52′ Aſcenſio recta ♀ 56 11 [1]
CA 68 10 Declinatio B. ♀ 25 10 ſubtr. 1′ pro parall. ♀

[1] In margine adſcriptum eſt: reſpectu motus diurni ♀, qui fuit 31 M.

BC 47 12 — Declinatio centri ☾ B. 21 50
BAC 51 38½ — Diameter 30
Aſcenſio recta centri ☾ 107 54½

Ex tabulis iuxta motuum ☾^{rium} propriam emendationem et ☉^{lis} noſtri ſimplicis applicationem reſp. Long. 16° 26⅜' ♋.

DIE 26 OCTOBRIS.

☾ in 90 g. H. 5 M. 24.
H. 5 M. 33 Diſtantia centri ☾^{ae} a ♃ 25° 53'. Declinatio ☾ 4° 36½' M.
Aſcenſio recta ♃ 316 19 Declinatio ♃ 17 43½
Angulus differentiæ aſcenſ. 22 48½
Ergo Aſcenſio recta ☾^{ae} 339 7½
Reſpondet Longitudo ☾ 9° 0' 0'' ♓. Adde pro latitudine 5',
Ergo vera Longitudo ☾ 9° 5 ♓.

OBSERUATIONES RELIQUORUM QUINQUE PLANETARUM.

DIE 12 JANUARIJ.

H. 5 17 16 per mai. } ♀ fuit in Azim. a
23 57 per mi. } meridie verſ. occ. 40 0
habens altitudinem 19 59½

Obſeruatio bona cui potes fidere.

5 38 13 mai. } fuit ♀ denuo in Azim. 45 0
44 47 mi. } habens Alt. 18 1
5 46 40 mai. } fuit in Azim. ♀ 47 0
53 30 min. } habens Alt. 17 12½

His tribus altitudinibus ♀ potes fidere, a me factis, pro verificando eius loco, pro tempore autem corrigendo obſeruaui denuo tranſitum per meridianum mediæ ſtellæ in inferiori mandibula Ceti

H. 6 12 5 min. } Altit. 35 31.
6 4 50 mai. }

DIE 13 JANUARIJ, VESPERI.

Hor. min.	Hor. mai.	Azim. ♀ verſ. occ.	Alt. ♀
4 22 47	4 28 55	27 0	24 27½
33 33	40 30	30 0	23 41⅔
41 15	48 30	32 0	23 8½
48 30	56 13	34 0	22 32⅓
5 15 29	5 24 35	41 0	20 11½

Proxime ſequenti meridie maius horol. celerius ibat 22' 15'', minus tardius 25' 0''.

DIE 22 JANUARIJ.

H. 5 28 33 mai. } ♀ in Azim. verſus occ. 45 0
28 38 min. } habuit Alt. 23 39⅔
36 40 mai. } ♀ in Azim. 47 0
36 30 min. } habuit Alt. 22 46⅔
7 36 mai. Diſt. ♀ et ſuperior. in cauda Ceti 9 41
7 40 diſtabat ♀ et eadem Ceti 9 42 fere

Fuit autem ♀ in recta propemodum linea cum cauda ♓ auſtralis, et cauda eadem Ceti, relinquens caudam ♓ in antecedentia, caudam autem Ceti in conſequentia.

H. 7 45 ♀ et cauda ♓ auſtralis diſtabant per Radium 6 36

DIE 23 JANUARIJ.

H. 5 0 10 mai. } Fuit ♀ in Azim. a mer.
4 59 33 min. } verſ. occ. 38°, Alt. 26 44
5 7 47 mai. } ♀ in Azim. 40
5 7 6 min. } habuit Alt. 26 4

DIE 14 FEBRUARIJ.

H. 7 23 maius } Diſtabat ♀ a cauda ♓
18½ minus } Borei per Radium 3 39
29 maius } Diſtantia eadem
25 minus } repetita 3 40

8 19 maius Eadem adhuc
14 minus repetita 3 41

Fuit autem ♀ in linea recta cum quadam ſtella, quæ ſequitur proxime in lino eiusdem piſcis, & hac in cauda ♓.

Proxime ſequenti meridie maius horologium tardius ibat 29 M. minus autem tardius M. 24 S. 27.

DIE 15 FEBRUARIJ.

H. 6 43 maius Diſtabat ♀ ab extrema
42⅓ minus cauda ♓ per Radium 3 56

51 maius Diſtabat ♀ ab eadem
50 minus per Radium 3 59

7 43 maius Eadem diſt.
42 minus repetita 4 0

9 0 per maius, ♀ & oculus ♉ diſtabant per Sext. △ bis obſeruatum 41 35

Hinc et ex diſtantia ♀ a ſtella in cauda ♓ Borej 4 g. 0′ poteſt dari ipſius locus.

DIE 17 FEBRUARIJ.

Horologium maius	Horologium minus	♀ Azim. verſ. occaſ.	♀ Alt.
H. 6 28 50	6 23 30	66	28 31½
37 0	31 40	68	27 37
45 50	40 30	70	26 29

Diſtantia ♀ per Radium

7 49	7 43 ab extre. quæ eſt	5 4 fere
8 5	7 58 in lino ♓ Auſtr.	5 4½
8 57	8 49 ♀ et caput ♈	10 20
9 8	9 0	10 18
9 29	9 20½	10 16½

Per Sextantem Trigonicum

8 27	8 20 ♀ ab	39 42
8 43	8 36 oculo ♉	39 35
8 50	8 43	39 35
9 0	8 52	39 34

DIE 22 FEBRUARIJ.

Horol. maius	♀ Azim. verſ. occ.	Alt. ♀
5 35 50	54	37 6
43 16	56	36 13½
51 4	58	35 29⅔
6 2 45	61	33 56¾

54½ ♀ diſt. a capite ♈
per Radium 7 46

Eodem tempore erat calx pedis ♊ in merid.

7 7½ ♀ et cap. ♈ per Radium 7 44
14 7 42
18 7 42
23 7 43

Sequentes obſeruationes meliores ſunt prioribus, erat enim tunc cœlum aliquanto ſerenius quam ab initio.

Per Sextantem Trigonicum.

6 54½ Diſt. ♀ ab Aldebora
in antecedentia 34 45½
7 1½ 34 45½
15 34 45
42 34 44

Hic non fuit ſerenum ſatis.

7 43 ♀ & caput ♈ per Radium 7 42
51 - - oculus ♉ 34 42½
53 - - caput ♈ per Radium 7 41½
58 7 40
8 3 - - oculus ♉ 34 42½

Eodem tempore ♀ apparebat in recta linea cum capite ♈ et genu Caßiopeæ, caput tamen ♈ erat ſuperius recta illa linea ad quantitatem diametri vnius cum dimidio ſuj corporis.

8 12 12 ♀ in 90° a mer.
hab. Alt. 16 49
27 ♀ et cap. ♈
per Radium 7 40
31 50 ♀ in Azim. a Sept.
verſ. occaſum 86, Alt. 14 1⅓
37½ ♀ et oculus ♉ 34 41
40½ ♀ et caput ♈ per Rad. 7 41

Poſtea H. 8.50 per minus horol. ♀ et caput ♈ et genu Caßiopeæ videbantur in vno plano, ſed caput ♈ propter raram nubem non ſatis manifeſte apparebat.

Proxime ſequenti meridie maius Horologium celerius mouebatur M. 5 S. 20. Minus vero 3 horis 18 M.

DIE 23 FEBRUARIJ.

H. 5 17 25 Maius. Obſeruauit Architectus ♀ in Azim. a mer. verſ. occaſum 49 13
Alt. 39 32½
5 35 15 ♀ in Azim. 54, Alt. 37 34
42 50 56 36 44

5 50 25 58 35 50
6 1 55 61 34 27
43 Diſtantia ♀ a capite 7 31
55 ♈ per Radium 7 30
59½ 7 30
7 6 ♀ a prima ♈ 6 0
12 5 54
17 5 53
Per Sext. Trigonicum.
6 57 ♀ et oculus ♉ 33 48
7 11 15 33 47
45 ♀ & prima ♈ p. Rad. 5 54½
56 10 ♀ in Azim. a mer.
verſ. occaſ. 87, Alt. 19 16½
8 4 ♀ a prima ♈ 5 52
7 ♀ ab oculo ♉
per Sext. Tr. 33 44⅛
11 30 ♀ in 90 Gr. a mer. Alt. 17 8
17 ♀ & ocul. ♉ p. Sext. Tr. 33 43½
31 19 ♀ in Azim. a ſept.
verſ. occaſum 86, Alt. 14 23½
39 ♀ & prima ♈ per Rad. 5 52

Diſtabat autem ♀ ab illa ſtella verſus meridiem.

8 49 ♀ et oculus ♉
p. Sext. Trig. 33 41¾
51 ♀ et caput ♈ 7 26
54 7 27
9 0 ♀ et oculus ♉ 33 41⅔
6 ♀ et caput ♈ 7 25
12 per Sext. Tr. 7 32
16 per Rad. 7 24½
35 — — 7 24
43 per Sext. Tr. 7 32

Prior obſeruatio ♀ a capite ♈ eſt hac exquiſitior.

9 46 ♀ et caput ♈ per Rad. 7 23
51 ♀ et oculus ♉
p. Sext. Tr. 33 35
58 33 34¾
10 4 33 31¼
8 ♀ et caput ♈ per Rad. 7 20½
13 7 23
14½ ♀ et Aldeboram
p. Sext. Tr. 33 24¾
21 33 21½
10 23 ♀ occidit.

[Proxime ſequenti meridie] maius Horologium celerius ibat M. 7. Minus M. 3 tardius.

DIE 24 FEBRUARIJ.

H. 5 M. 9 30 maius } ♀ fuit in Azim. 48
6 0 minus } a merid. verſus occaſ.
10 0 maius } Diſtantia ♀ a lim-
6 30 minus } bo ☉ ſibi prox.
per Sext. 45 45
5 17 A ♀ in ☉ 45 37
24 45 31
26 45 29

Exiſtimo autem primam obſeruationem fuiße veriorem, eo quod Sol tunc fuerit paulo altior, non vsque adeo vicinus Horizonti, vt per radium refractum lucere poßet.

Per Sextantem Trigonicum.

H. 5 44 Diſtabat ♀ a limbo ☾ 20 8
48 occidentali 20 8
51 20 7½
58½ 20 2
6 1½ 20 1
4 20 0½
10 ♀ et oculus ♉ 32 52½
18 incerta 32 51
26 32 52½
32 32 52
39 ♀ et caput ♈ 7 26
45 7 27
52 7 27½
8 28 ♀ et oculus ♉ 32 43½
H. 8 M. 30 ☾ limb. illuminat. et ♀ 18 7½

Erat tunc ☾ admodum vicina occaſui, nam occidebat H. 8.35.

Per Sextantem Trigonicum.

H. 8 40 ♀ et caput ♈ 7 27
46 ♀ et prima ♈ 6 40
iterum 6 38
bis
9 8 ♀ et oculus ♉ 32 42½
16 32 42¼
26 32 41½
31 32 41½
38 32 41⅛
46 32 38 paulo minus
50 32 38 paulo plus
59 32 35 ſed vtrumque
10 6 32 33 inſenſibile
10 9 32 30⅔
15 32 27¾

10 17		32 24½	
20		32 24½	
10 22	♀ occidit tota.		

Eodem die veſperi obſeruauimus ♀ ad ſtellas ♈ per Radium.

H. 6 25′	♀ et caput ♈	7 24	non bona,
30		7 23	facta eſt
39		7 21½	enim in
43		7 20¼	crepusculo
53		7 22	veſpertino.
57		7 20	

7 4′ 10″ ♀ in Azim. a mer. verſus occ. 77 0, Alt. 26 11

8 32	♀ et prima ſtella ♈	6 34
42		6 34
49		6 35
9 3		6 35
5	♀ et caput ♈	7 16
40		7 17
53		7 17

Proxime ſequenti meridie maximum Horologium tardius ibat M. 6 S. 30, minus quoque tardius 10 M. 0 S.

DIE 25 FEBRUARIJ.

Aliquoties obſeruaui diſtantiam inter centrum ☉ et ♀, eamque inueni ter ab Hora 4¾ in Horam 4 M. 53 eße P. 46 M. 10. Verum paulo poſt cum ☉ ad Horizontis vapores propius accederet, et ob id per radium refractum luceret, vidi hanc diſtantiam ſucceßiue in hunc modum imminuj.

Diſtantiæ ☉ a ♀ circa Horizontem

H. 5 17	*45 58*	*Circa ☉ occaſum*
28	*45 53*	
31	*45 50*	
34	*45 47*	

Atque hæ poſteriores diſtantiæ per radium refractum ſunt factæ, ob id etiam minus certæ exiſtunt, quare fidendum potius priori quæ erat 46⅙, eſt illa melior quam heſterna[1].

Obſeruabamus etiam eodem vesperi ♀ ab oculo ♉ in hunc modum.

H. 6 20	*♀ et oculus ♉*	*31 57½*
26½		*31 57*

Fuit autem in hac vltima obſeruatione Venus in Azim. a meridie verſus occaſum 68 30 (29), habens Alt. P. 31 M. 39. Circa hoc tempus videbantur ♀ ☾ et caput ♈ facere triangulum iſoſceles duorum æqualium laterum, adeo vt latus a capite ♈ ad ♀ eßet æquale ej quod a capite eodem ad infer. limb. ☾ [ducebatur].

H. 7 2 ♀ et oculus ♉ 31 55

Fuit tunc ♀ Alt. 26 40,
Azim. verſ. occaſ. 76 46

H. 7 30 Inter ♀ et lucidiorem in inferiori cornu ♈ P. 7 M. 31½

Nota. H. 8 4½ tranſiuit ♀ ſtella per 90 G. a meridiano, habens alt. P. 18 M. 13. Hinc poteris inquirere ipſius declinationem. Atque eodem tempore obſeruabatur ipſius diſtantia ab oculo ♉ part. 31 M. 52, et paulo poſt, H. 8 M. 10 eodem modo inuenta P. 31 M. 52.

Inter ♀ vero et caput ♈, cum qua ſtella ipſa fuit quaſi in vna Long., fuit diſtantia P. 7 M. 28. Atque eandem ſemper inuenimus ter repetendo, atque hinc etiam ♀ latitudo poterit examinari.

Fuit autem ♀ et caput ♈ cum ea, quæ eſt extrema in acumine deltoton quaſi in vna linea recta, niſi quod Venus erat prætergreßa hanc lineam verſus ortum ad quantitatem ſuj diametri vel 10 M. ad ſummum, circa horam 8½.

H. 8 52	*Inter ♀ et ☾ limbum occid. per Sext. Trig.*	*4 47½*	*bonæ*
8 58½	*Eadem*	*4 50*	
9 4	*Eadem*	*4 45*	

Obſeruarunt has Gellius et Andreas. Tandem rurſus diſt. ♀ ab oculo ♉ accepimus.

H. 9 41	*31 46*
54	*31 43*

Sed ♀ appropinquabat occaſuj, vnde ſequentes obſeruationes ſunt factæ per radium refractum, ideoque ſucceßiue fiunt minores debito.

H. 9 58	*Inter ♀ et oculum ♉*	*31 40¼*
10 5		*31 38½*
10		*31 36⅓*

[1] Diſtantiæ ♀ a ☾ hoc die obſeruatæ ſupra inter obſervationes lunæ reperiuntur.

15 31 34¾
18 31 31¼
24 ♀ ipſa occidere viſa eſt.

Atque omnes hæ antecedentes diſtantiæ factæ ſunt per Sextantem Trigonicum ſatis diligenter, vt vnius ſcrupuli error in ijs vix latere poßit.

Sed interea etiam Andreas et Gellius eodem veſperi quasdam diſtantias obſeruarunt per Radium in hunc modum.

H. 7.10 ♀ et caput ♈ 7 20
13 7 19
35 7 19

Memineris autem vbique quod diſtantiæ per Radium ſint fallaces, per Sextantem certæ. Vſus autem ſum vbique maiori Horologio.

DIE 26 FEBRUARIJ.

Nota. Veneris ſtellam ſatis apparenter vidimus paulo poſt horam ſecundam, antequam ea adhuc meridianum attigißet, adeo vt H. 2 M. 31 eius diſtantia a limbo ☾ occid. ſibi proximo capi potuerit P. 6 M. 37, idque per Radium quatenus illi poteſt adhiberi fides, ſed poſtea per Sextantem diligentius accepimus.

Hora autem exiſtente 2 M. 50 fuit eadem Veneris ſtella in meridiano, habuitque altitudinem per Q. minor. 49 25. Sed hæc obſeruatio tam quoad tempus quam Alt. fuit ἐν πλάτει, nam ſequentes ſunt certiores[1].

H. 3 33′ 54″ inter ⊙ et ♀ 46 10½
Reiterando 46 10
vt heri veſperi
3 43 5 Azim. ♀ 19 34, Alt. 48 6

Atque hinc ex lunæ loco[2] prius per Solem inuento poteris inquirere ♀ locum et per Solis etiam locum eundem ♀ locum examinare, et poſtea ex ſequentibus diſtantijs ſtellarum a ♀ ipſarum ſtellarum loca corrigere, vel ex his Venerem viceuerſa examinare.

H. 7.4½ Diſt. ♀ ab Aldeboram 30 59
Eratque eodem inſtanti ♀ in
Az. occ. 76 37
Alt. 27 25
H. 7.7½ Diſt. ♀ ab Aldeboram 30 59
vt prius
Eratque eodem quoque
tempore ♀ Az. 77 13
Alt. 27 5
H. 7.53 inter ♀ et caput ♈ 7 36½
Azim. ♀ 87 28, Alt. 20 30
H. 8.0 inter ♀ et caput ♈ 7.36 præciſe

H. 8 M. 7 præciſe fuit ♀ in 90 G. a meridiano habens Alt. 18 46 bona. Diſtabat vero per Sext. eodem inſtanti ab oculo ♉ P. 30 57½.

H. 8.11 Eadem diſtantia ♀ et
Aldeb. 30 58
21 Eadem diſtantia 30 57

Patet itaque quod illa diſtantia quæ facta eſt H. 8 M. 7 et hæc vltima H. 8 M. 21 in differentia ½ minuti, interuallo 14′ temporis ſatis bene ſe habeat, concordat etiam ſatis cum ſuperiori.

Nota. Horologium maius in ſequenti meridie ſaltem 0 Min. 48 S. ibat celerius.

DIE 27 FEBRUARIJ.

In ipſo meridie videbatur ♀ adeo vt H. 12 M. 37 obſeruarit meus Architectus per Radium ipſius a ☾ limbo ſibi proximo diſtantiam P. 19 M. 27.

H. 2 M. 47 31″ ♀ fuit in meridiano
habens Alt. 49 54
2 47 50 correcte

H. 3 40′ per Armillas poſito loco ⊙ vt prius in 18 43 ♓ viſa eſt ſtella ♀ eße in G. 4 M. 36 ♉, ſed forte ἐν πλάτει, quia ſemel tantum obſeruauimus accipientes dimidium vtriusque quod dedit circulus.

[1] Poſtea adſcriptum eſt: » ♀ tranſiuit per merid.

Die 28	2 H.	47 M. 50		Alt. 50	17	23
Die 27	2	47½		49	54	29
Die 26	2	50	0 ἐν πλάτει	49	25	

Nota: Obſeruationes diej 27 & 28 ſunt meliores ſatisque bonæ«.

[2] Cfr. obſeruationes lunæ eiusdem diei.

H. 4 1 Diſt. centri ⊙
& ♀ 46 9 ſatis bona

4	46 10 Alt. ⊙ 10°		
8	46 10		
17	46 10		

	♀ a limbo ☾ ſibi prox.	Az. ♀ a mer. verſ. occ.	Alt.
5 15	21 3	50 20	40 56
19	21 4½	51 28	40 54½
24	21 6	52 28	40 10
29	21 9	53 50	39 33
35	21 11½	55 29	38 55
39	21 13	56 45	38 22
42	21 14	57 27	38 3
	♀ ab oculo ♉		
6 16½	30 6½		
23	30 6		
27	30 6	68 48	32 25½
31	30 5½	69 51	31 50½

41½ Diſt. ♀ a ♈ capite 7 50 ſatis
Repetita 7 50 bonæ
8 0 Eadem 7 50 ἐν πλάτει propter interuenientes nubes.
8 3 5 Diſt. ♀
ab oculo ♉ 30 0
Tranſiuit tunc ♀ per 90 G. et habuit
Alt. 19 17
8 6 ♀ ab oculo ♉ 30 0

Horologium maius ſequenti meridie tardius ibat M. 2 S. 42.

DIE 28 FEBRUARIJ.

H. 2 40 Diſt. ♀ a centro ⊙ 46 9. Viſa eſt etiam diſtantia in 10′, ſed non ſatis certo propter radios ſolares debiles.
H. 2 47 49 } ♀ fuit in meridiano,
Correcte 47′55″ } Alt. 50 17
H. 3 25 Poſito loco ⊙ in 19 45 ♓ viſa eſt ♀ ſtella in 5 49 ♉, ſed quia ⊙ tunc temporis ſaltem fuit in 19ᵍ & 43′ ♓, erat locus ♀ in 5 47 ♉.

	♀ et ocul. ♉	Azim. ♀	Alt.
H. 6 30	29 9½		fere
33½	29 13	70 30	32 1
37	29 10 vel 9½	71 20	31 30
41	29 8	72 21	30 59½
	Hæ non ſatis bonæ		fere
46	29 11	73 25	30 19
49	29 10	74 20	29 49

Potes itaque H. 6½ ponere diſtantiam 29 10 absque vnius ſcrupuli errore, nam tenuiores nubes pertranſeuntes vndique hanc peperere licet exiguam in diſtantijs diuerſitatem.

H. 8 30	♀ ab oculo ♉	29 4
34		29 5
36		29 5
39		29 5
42½	diſtabat ♀ a capite ♈	8 10[1]
47½		8 15
51		8 14
55		8 14
57		8 14
9 4	♀ ab oculo ♉	29 3½
6		29 3½

Nota. Maius Horologium, quo in his obſeruationibus vſus ſum, die ſequenti ſaltem 50 ſcrupulis ſecundis tardius ibat, tranſibat itaque ♀ meridianum H. 2 M. 47 S. 55.

Calculus pro apparenti loco ♀ ad diem 28 Feb. ex obſeruationibus.

H. 8 M. 39 inter ♀ et Aldeb.	29° 5
Declinatio B. Veneris	16 13
Aſc. Recta Aldeb.	63 0
H. 8 M. 51 inter lucid. ♈ et ♀	8 14
Aſc. Recta luc. ♈	25 57½
Aſc. R. ♀ ex Aldeb.	32 43⅜
e lucida ♈	32 40½
Ergo Aſc. R. ♀ limitata	32 42¼

DIE 1 MARTIJ.

H. 2 48′ 4″ ♀ fuit in meridiano habens
Alt. præciſe 50 40

Deinde per Sext. Trigonicum obſeruauimus diſt. ♀ & centri ⊙ in hunc modum.

H. 2 25	46	8
32	46	7½
34	46	7½
35	46	8
3 8	46	7½ non fuit ſatis ſerenum.
29	Cœlo mediocriter ſereno eadem inventa eſt 46 8	
40	46	8 mediocriter vtraque ſtella viſa eſt.
42	46	8 etiam mediocris

[1] Lineis inducta.

Et paulo poſt eodem
46 8 modo
3 47 46 7½. Potes itaque absque ſenſibili errore vti diſtantia ♀ et centri ⊙ hoc die 46 8

Poſtea inſtante hora 5 totum cœlum obductum nubibus.

Nota. Extranſitu ♀ per meridianum his tribus præteritis diebus hæc ſunt inuenta

Die 27 Feb.	*H. 2 47′ 50″*	*Alt.*	*49ᵍ 54′*
- 28 -	*2 47 55*		*50 17*
Die 1 Martij	*2 48 4*		*50 40*
			vel 40½
			ad ſummum

Hæc tempora duo priora ſunt reſtituta per ſequentem meridiem, ſed die 1 Martij non eſt facta reſtitutio propter obſcuritates cœli.

Sunt alias hæ obſeruationes bonæ, quibus ſatis certo poßis vti. Horologium in meridie ſequenti inſenſibiliter aberrauit, non tamen fuit ſatis ſerenum, viſusque eſt ⊙ per rimulas.

DIE 5 MARTIJ.

H. 2¼ P. M. Inter ſolem in eius centro et ſtellam ♀, quæ tunc apparebat, per Sext. Trig. capta eſt diſt. P. 46 0 fere
Eadem repetita 45 59 }
Eadem repetita 45 59 } *bonæ*
♀ ſtella tranſiuit merid. exquiſite H. 2 47′ 0″, habens Alt. max. 52 16½
per Q. Max. 52 14

Sed in altitudine potius credendum minori Q., quia maior nondum erat ſatis correctus.

Per Armillas

H. 3.40 poſito loco ⊙ in 24 40 ♓ viſa eſt ♀ longitudo in 10 29 ♉, et paulo poſt,
H. 3.48 manente loco ⊙ vt prius eodem in loco ♀ ſtellam deprehendimus.

H. 4 13′	Diſt. centri ⊙ et ♀	45 57
24		45 58½
36		45 55
		bis

Poſtea circa horam 4 cum ſemiße ter vel quater obſeruauimus eandem diſtantiam 45 55

H. 4 47	45 54
50	45 53½
52	45 53

Altitudo ⊙ quaſi 8 G.

Nota. Hæc varietas in diſtantia ♀ a Sole poſtremum accepta diſcrepans a priori ideo procul dubio euenit, quod ⊙ tendens verſus Horizontem per radium videbatur refractum, vti apparet diſtantiam illam ſucceſſiue fuiße imminutam, quo ⊙ factus ſit decliuior. Poſteriores enim infra 12 gradum Altitudinis ⊙ acceptæ ſunt, vbi Sol diuerſitati eſt obnoxius. Potior itaque fides adhibenda erit ſuperioribus in diſtantia ⊙ et ſtellæ ♀ 45 59 et conferenda cum tranſitu per meridianum.

H. 5 23	Diſt. ♀ et centri ⊙	45 50⅓
25		45 49½
28	fere	45 47½
35		45 44
38		45 42
42		45 38½
43		45 37
45		45 34½
47		45 33
49		45 33
51		45 30

et tunc medium ⊙ occidebat.

Hinc patet quantam ⊙ vicinus Horizonti per radios refractos gignat aſpectus diuerſitatem. Nam ab hora 2¼ vsque in occaſum ♀ Sol ⅓ Grad. ob radiorum refractionem diſtantiam plus iuſto anticipauit.

Deinde ſtatim ab occaſu ⊙ diſtantias ♀ ſtellæ a certis fixis in hunc modum obſeruauimus.

	♀ et		Azim. ♀ a mer. verſ. occ.	Alt.
6 54	ocul. ♉	24 48	77 31	30 18
6 58	Calx ped. ♊	48 53	78 28	29 52
7 2	ocul. ♉	24 48	79 24	29 6
7 7	calx ped. ♊	48 52½	80 34	28 22½
12		48 52½	vt prius	
15	extrema	47 1½		
41	pedis ♊	47 1		
43½		47 0½		

48½ 47 1
52 47 0 hæc bona
57½ 47 0½
8 3 calx pedis 48 50 } bonæ
9 ♊ 48 50 }
16 cauda ♈ 7 16
20½ 7 15½ certior hæc priori.

Hinc poterit verificari latitudo ♀, habebant enim fere eandem longitudinem.

H. 8 25 ♀ et Aldeboram 24 45
8 28½ Eadem repetita 24 45
9 0 55 ♀ in Azim. a Sept. verſus occaſum 77 0, habuitque Alt. 13 20
5 56 Azim. 76 0, Alt. 12 39
15 55 74 0, 11 16
10 14 ♀ ab oculo ♉ 24 40
32½ 24 35
38 24 33
42½ non ſatis certa 24 33½
45 24 32
50 Viſa eſt occidere ♀.

Horologium maius ſequenti meridie viſum eſt ſaltem vno ſcrupulo primo tardius ire, Sole viſo per rimas pinnacidiorum, non enim erat admodum ſerenum.

DIE 7 MARTIJ.

	Azim. ♀ a mer. verſ. ortum	Alt. ♀	
1ᴴ53′ 45″	21 0	51 40	
58 12	19 0	51 51	mediocriter
2 5 44	16 0	52 6	bona
11 15	14 0	52 21	
18 55	11 0	52 36½	medioc. bona

30 Inter ♀ et 45 49½ } ambæ
40 centrum ☉ 45 49½ } bonæ
47 19 tranſiuit ♀ per merid. habens Alt. per Q. minor. 53 0
per Q. maxim. 52 59.

Fidendum potius altitudini 53° 0′.

3ᴴ 3′ diſtabat ♀ a centro ☉ 52 57, ſed per rariuſculas nubes videbatur tam ☉ quam ♀. Huic ideo obſeruationi non admodum fidendum, ſed potius prioribus.

Proxime ſequenti meridie Horologium maius 18 tantum ſcrupulis ſecundis celerius ibat.

DIE 8 MARTIJ.

H. 2 46′ 47″ ♀ tranſiuit meridianum, altitudinem autem non licuit capere eo quod eßet obducta ♀ raris nubibus.

H. 7 10½ ♀ ab oculo ♉ 22 23 per Sext. Trig., Azim. ♀ a meridie verſus occ. 80 47, Alt. 29 41½.
7 16 ♀ ab oculo ♉ 22 24
19 22 23
53 14 ♀ in 90 G. a meridiano habens Alt. 23 41½ facta per nubes.

Proxime ſequenti meridie maius Horologium 5′ 16″ celerius ibat.

DIE 9 MARTIJ.

H. 2 47′15″ ♀ tranſiuit meridianum habens Alt. per Q. minor. 53 43¼
per Q. max. 53 41½
3 26 diſtabat ♀ a centro ☉ 45 39
32 bis eadem accepta 45 38½
34½ eadem repetita 45 38½
39 eadem inuenta fere 45 39
54 eadem diſtantia 45 38¾
4 1 Eadem inuenta eſt 45 38½

Atque hæc obſeruatio tertio probata eſt a nobis priusquam aſcriberetur.

H. 5 9 rurſus diſtabat ♀ 45 35
49 a centro ☉ 45 25
51 45 22½
53 45 21½
54 45 19½
55 45 17½
56 45 17
57 45 14¾
59 45 14¾
6 1 45 12

		Azim. ♀ a mer. v. occ.	Alt. ♀
6 48 58		76 0	33 0
6 53 30		77 0	32 22½
	♀ ab oculo ♉		
Collatis antecedentium dierum obseruationibus a die 11 Martij vsque in 14 apparet Martem circa diem 12 vel ad summum inter 12 & 13 fuiße stationarium, cum tamen calculus Alphonsinus in 14 diem stationem producat, Prutenicus vero usque in 15. Colligitur vero proxima distantia Martis a capite interiori ♊ cum eßet stationarius 24ᵍ $22\frac{1}{2}$', a corde ♌ 12ᵍ $38\frac{1}{2}$', idque iuxta diem 12 & tempus superius ascriptum, fuitque Altitudo meridiana ♂ eo die 54 $38\frac{1}{8}$. Hinc inquiratur Martis Longitudo et Lati-

tudo, & conferatur cum noſtra reſtitutione in Apogæo ♂ & motu Solis atque præceßione æquinoctiorum.

DIE 16 MARTIJ.

Per Sextantem veterem

Oculus ♉ p. m.	Diſt. inter ♂ & inf. cap. ♊
H. 3 M. 57	24 $29\frac{1}{3}$
4 5	24 $29\frac{1}{3}$
	Inter ♂ & cor ♌
4 15	12 $31\frac{1}{3}$
4 17	12 $31\frac{1}{2}$
4 20	12 $31\frac{1}{2}$

Altitudo ♂ merid. 54 $28\frac{1}{2}$
per Q. Tich.

DIE 19 MARTIJ.

Per Sextantem veterem

	Inter ♂ & infer. cap. ♊
H. 8 M. 0	24 $40\frac{2}{3}$
8 7	24 $40\frac{3}{4}$
8 9	24 $40\frac{3}{4}$
8 12	24 $40\frac{3}{4}$

♂ in meridiano habuit Alt.
per Q. Tichon. 54 $18\frac{1}{2}$

	Diſt. inter ♂ & cor ♌
8 35	12 $17\frac{1}{2}$
8 39	12 $17\frac{1}{2}$
8 41	12 $17\frac{1}{2}$
	Inter ♂ & ceruicem ♌
8 49	12 $53\frac{1}{6}$
8 53	12 52
8 59	12 53

Inquiſitio longitudinis & latitudinis ♂ ex præcedentibus obſeruationibus.
Die 12 Martij H. $9\frac{1}{3}$ P. M. Diſtantia inter

♂ & inferius caput ♊	24	$22\frac{1}{2}$	
Declinatio ♂ B.	20	$32\frac{3}{4}$	
Angulus diff. aſcenſ.	25	16	2
Aſc. Recta ♂	135	14	2
Longitudo ♂	11	45	56 ♌
Latitudo	3	22	3 B.

	Ex obſeruatione	Alphonſ. Cal.	Pruten.
Long.	11 45 56 ♌	8 $34\frac{1}{2}$ ♌	12 54 ♌
Lat.	3 22 3 B.	3 2 B.	3 32 B.

Die 16 Martij H. $7\frac{5}{8}$. Diſtantia inter ♂

& inferius caput ♊	24	$29\frac{1}{3}$	
Declin. ♂ B.	20	23	0
Ang. diff. aſcenſ.	25	19	20
Aſc. R. ♂	135	17	10
Ergo Longit. ♂	11	51	24 ♌
Latitudo	3	13	28 B.

	Ex obſeruatione	Alphonſ. Cal.	Copern.
Long.	11 51 24 ♌	8 43 ♌	12 51 ♌
Lat.	3 13 28 B.	2 56 B.	3 $21\frac{1}{4}$ B.

Pro vero motu ♂
ex tabulis Prutenicis dato ſimplici ☉ & Apogæo ♂ ex propria reſtitutione, ad diem 11, 12, 13, 14, 16 Martij H. $9\frac{1}{3}$ P. M.

Die 11	H. $9\frac{1}{3}$	♂ 11 17 51 ♌
12	—	11 17 5 ♌
13	—	11 15 56 ♌ *
14	—	11 16 1 ♌
16	H. $7\frac{5}{8}$	11 19 2 ♌

* In ſtatione obſeruatio dedit 11 46 ♌, differentia 30 minutorum.

Die 19 Martij H. $8\frac{1}{4}$ Diſtantia inter ♂

& inferius caput ♊	24	40	45
Declin. ♂	20	5	30
Ang. diff. aſcenſ.	25	27	33
Aſc. R. ♂	125	25	33
Longitudo ♂	12	1	40 ♌
Latitudo	3	6	4 B.

	Ex obſeruatione	Ex Alphonſ.	Ex Copern.
Long.	12 1 40 ♌	9 7 ♌	12 57 ♌
Lat.	3 6 4 B.	2 47 B.	3 14 B.

Pro eiuſdem motu ſecundum propriam reſtitutionem ad idem tempus.
Die 19 H. $8\frac{1}{4}$ P. M. 11° 28′ 5″ ♌
obſeruatio dedit 12 2
differentia eſt 34′.

Ex his patet ♂ locum fuiße Die 19 Martij Hoıa 8 P. M. in 12ᵍ 2′ ♌. Cumque die 12, quo ſtationarius in cœlo apparebat, eßet in 11 46 ♌, ſequitur ipſum interuallo 7 dierum a ſtatione hucusque progreßum 16 ſcrupulis primis, cum tamen calculus Alphonſinus ſtatuat ipſum interea debere a ſtatione per proximos dies 7 ſequentes 46′ ſcrupulis promoueri dimidio gradu plus quam habet obſeruatio. At Copernianæ Ephemerides conſentiunt ſatis cum motu ipſius in cœlo. Nam admittunt a ſtatione ipſum interuallo ſeptem dierum promoueri ſaltem ſcrupulis 17, quod vno ſcrupulo inſenſibili ab obſeruatione abundat.

Hinc facile conuincitur, Ptolemaicis hypotheſibus quibus Alphonſinus calculus innititur, errorem non leuem ſubeße, & Copernianam rationem ipſi cœlo exactius quadrare.

DIE 25 MARTIJ.

Ad Veſperas. Oculus ♉ poſt merid. verſus occaſum H. 4 50′, fuit Declinatio ♀ B. 21 0

♂ in meridiano habuit Alt.

per Quadr. Tichon. 53 50$\frac{5}{6}$

Per Armillas Boreales

Infer. caput ♊ a mer. verſ. occaſ.	♀ a mer. verſ. occaſ.	Diff. Aſc. vtriusque
28 59	85 43$\frac{3}{4}$	56 44$\frac{3}{4}$
29 40	86 24$\frac{2}{3}$	56 44$\frac{2}{3}$

H. 8.59 per Horologium maius erat Spica ♍ a meridiano verſus ortum H. 2 55′.

Per Sextantem veterem

	Diſt. inter ♂ & infer. caput ♊
H. 9 M. 0	25 22
9 5	25 22$\frac{1}{6}$
9 8	25 22
	Inter ♂ et cor ♌
9 37	11 37$\frac{1}{2}$
9 41	11 37$\frac{1}{2}$
9 50	11 37$\frac{1}{2}$

DIE 26 MARTIJ.

H. 8 M. 3 ♂ in meridiano habuit Altit.

per Tichon. 53 49$\frac{1}{4}$

per Portat. 53 49$\frac{1}{2}$

Per Sextantem veterem

	Diſt. inter ♂ & infer. caput ♊
H. 8 M. 18	25 30$\frac{5}{6}$
8 20	25 30$\frac{5}{6}$
8 22	25 30$\frac{5}{6}$
	Inter ♂ & cor ♌
8 26	11 28
8 28	11 28
8 32	11 27$\frac{3}{4}$

8 37$\frac{1}{2}$ abfuit inferius caput ♊ a meridie verſus occaſum H. 2 19$\frac{1}{2}$′, hinc poteſt horologium corrigi.

Inquiſitio loci ♂.

H. 8$\frac{1}{2}$ P. M. fuit diſtantia inter ♂ & inferius caput ♊ 25 30$\frac{5}{6}$

Declinatio ♂ B.	19 44 0
Angulus diff. aſcenſ.	26 11 49
Aſc. R. ♂	136 9$\frac{5}{6}$
Longitudo ♂	12 50 5
Latitudo	2 50 14

	Ex obſeruatione	Alphonſ.	Pruten.
Long.	12 50 ♌	10 0 ♌	13 35 ♌
Lat.	2 50$\frac{1}{4}$ S.	2 30 B.	2 57 S.

Ad hoc tempus inquiſitus eſt locus ♂ ſecundum noſtram rationem. Incidit locus ♂ in 12° 13$\frac{1}{2}$ ♌.

DIE 30 MARTIJ.

♂ in meridiano habuit altitudinem

per Q. Tichon. 53 29

DIE 7 APRILIS.

Per Armillas Boreales.

Inferius caput ♊ a mer. verſus occ. H. 3 3′ P. M., Decl. ♀ B. 24° 32′.

Infer. caput ♊ a mer. verſ. occ.	♀ a mer. verſ. occ.	Diff. Aſc. R. vtriusque
48 31$\frac{1}{2}$	89 48	41 16$\frac{1}{2}$
49 34	90 50	41 16
50 21	91 37$\frac{1}{4}$	41 16$\frac{1}{4}$
50 59$\frac{1}{4}$	92 15$\frac{5}{6}$	41 16$\frac{1}{2}$
	Decl. ♂	
H. 3 20′	18 37$\frac{2}{3}$	
	♂ a mer. verſ. occ.	
54° 50′	26 15$\frac{5}{6}$	28 34$\frac{1}{6}$
55 47$\frac{1}{6}$	27 11$\frac{1}{2}$	28 35 40
56 52	28 17 40	28 34 20
57 56	29 20$\frac{3}{4}$	28 35$\frac{1}{4}$
58 46 15	30 11 0	28 35 15

DIE 15 APRILIS.

Ad Veſperas. Per Armillas Boreales.

H. 9 48′ cum inferius caput ♊ abeßet a merid. verſus occaſum H. 4 40′, fuit Decl. ♂ Bor. 17° 38$\frac{2}{3}$′.

Infer. cap. ♊ a mer. verſ. occ.	♂ a mer. verſ. occ.	Diff. Aſc. R. vtriusque
66 6$\frac{1}{2}$	35 19$\frac{1}{6}$	30 47$\frac{1}{6}$
66 48$\frac{1}{2}$	36 0	30 48$\frac{1}{2}$

Inf. Caput ♊ P. M.	Tempus proueniens	Diſt. inter ♂ & mer. cap. ♊ per Sext. vet.
H. 4 43′	9 52	30 20$\frac{3}{4}$
4 45	9 54	30 20$\frac{3}{4}$
4 47	9 56	30 21

		Dist. inter ♂ & cor ♌ per Sext. vet.
4 55	10 4	6 38¾
4 59	10 8	6 38⅝
5 3	10 12	6 38¾

Pro loco ♂ ex obſeruatione.

Die 15 Aprilis H. 9 50 Diſt. inter ♂ &

Merid. Cap. ♊	30 20¾
Declin. ♂ B.	17 38¾
Differentia Aſc. R.	30 47 48
Aſc. R. ♂	140 45 48
Ergo Longitudo ♂	17 37½ ♌
Latitudo	2 9 B.

	Obſeruatio	Alphonſ.	Pruten.
Long.	17 37½ ♌	15 10 ♌	18 0 ♌
Lat.	2 9 B.	1 51 B.	2 12½ B.

Pro eiuſdem loco ſecundum proprium calculi proceßum ad idem tempus. Incidit locus ♂ in 17 0¼ ♌.

DIE 26 APRILIS.

Per Sextantem veterem. Diſtantia inter occid. limbum ☾ & ♀, ſtatim poſt occaſum ☉

H. 7 M. 51	46 58½	7 55	46 59
7 52½	46 58¾	7 56	46 59¼
7 53⅓	46 58¾	7 59	47 0

Cum ♀ abeßet a merid. verſus occaſum H. 4 M. 35 & in horologio maiori H. 8 M. 4, fuit declinatio ipſius Bor. 26 30¼ per Armillas Boreales. Eodem tempore 26 30 per Armillas Auſtrales. Repetita 26 30¼ per Armillas Boreales.

Diſt. inter infer. caput ♊ & ♀

H. 9 M. 6	16 49
9 8½	16 49⅙
9 10½	16 49

Diſtantia inter ♀ & humerum Erichtonij minus lucidum

9 17	19 34	pro latitudine ♀ cognoſcenda
9 20	19 33½	
9 23	19 34	

Fuit autem ♀ hactenus tam alta, vt nullam ſenſibilem refractionem ingerere potuerit.

	Inter ♀ & cor ♌
8 39	53 7
8 42	53 7⅓
8 46	53 7½
8 47½	53 7
	Inter ♂ & inferius caput ♊
9 31	34 9¾
9 33	34 10
9 35	34 9⅚
	Diſt. inter ♂ & Spicam ♍
9 48	56 42½
9 49½	56 42½
9 54	56 42⅔

Decl. ♂ B. 16 8½ per Armillas Boreales. H. 10 25½' abfuit meridionale caput ♊ a meridiano verſus occaſum H. 6 M. 0½, hinc rectifica horologium.

Die 26 Aprilis, pro Aſcenſione Recta ♀ vnde ☾ eodem die obſeruata eſt.

H. 8 M. 40 ♀ a corde ♌	53 7
Decl. ♀	26 30
Decl. cordis	13 58
Aſc. R. cordis	146 32
Ang. diff. aſcenſ.	55 27 12
Ergo Aſc. R. ♀	91 4 48
Diſt. ♀ ab inf. capite ♊	16 49
Decl. cap. ♊	28 58
Aſc. R. cap. ♊	109 57⅓
Ang. diff. aſcenſ.	18 48 56
Ergo Aſc. R. ♀	91 8 24

Ponatur Aſc. R. 91 6 eo quod minus refractionibus tunc obnoxia, qua revocata ad tempus obſeruatæ ☾ vti poteris.

Declinatio autem nihil fere variatur ♀re exiſtente circa maximam latitudinem Septentrionalem ſimul autem Tropicum æſtiuum.

Conſidera quantum hic addendum ſit Aſcenſioni Rectæ ♀ pro parallaxi, quæ circa 6M eße poteſt, ♀ perigæo epicycli appropinquante.

DIE 27 APRILIS.

H. 8 11 Decl. ♀ B. 26 30¾ per Arm. Bor.

Diſtantia inter ♂ & ♀

8 41	49 45¾
8 42½	49 46
8 43	49 45¾
8 45⅓ Decl. ♂ B.	16 1 per Arm. Bor.
	16 0¾ per Arm. Auſt.

Dift. ♀ & cordis ♌

8 56½	52 5
8 58	52 5
9 0	52 5

Inter ♀ & inferius caput ♊

9 8	15 48½
9 12	15 48½

9 13⅔ abfuit cor ♌ a merid. verſus occaſum H.2 23¾, hinc poteſt horologium corrigi.

Inter ♂ & inferius caput ♊

10 2	34 32⅔
10 5½	34 32⅔
10 8	34 32⅔

Inter ♂ & Spicam ♍

10 17½	56 19⅚
10 19⅔	56 19⅚
10 21	56 19¾

per Sextantem veterem.

DIE 6 MAIJ.

Ad Veſperas. Diſtantia inter ♀ & cor ♌ per Sext. △.

H.9 38′	43 6⅛ *
9 42	43 6¼

* Hoc temporis momento diſtabat inferius caput ♊ a meridiano H. 5 53 verſus occaſum per Armillas Auſtrales. (Tranſijt meridianum H. 3.46 p. m.).

H.9 45 Decl. ♀ B. 26 6½ per Arm. Auſt.

Nota. ♀ fuit hoc tempore circa limites maximæ ſuæ remotionis, vnde ipſius Apogæum & Eccentricitas inquiri poteſt.

Inter ♀ & ♂

10 26½	44 25⅛ per Sext.
10 30	44 25½ veterem.

10 33 repetita diſtantia inter ♀ & cor ♌ 43 4⅝.

Circa has poſtremas obſeruationes fuit Alt. ♀ quaſi 12° per Radium.

H. 10 39⅛ abfuit inferius caput ♊ a merid. P. M. H. 6 M. 54, vnde etiam poteris tempus corrigere.

Nota quod inter nubes obſeruatum ſit.

Die 6 Maij H. 9⅔. Diſtantia inter ♀ & cor ♌ 43 6¼

Declinatio ♀ B.	26	6½	
Angulus diff. aſcenſ.	44	16	47
Aſc. R. ♀	102	18	13
Ergo Longitudo ♀	11	3	5 ♋
Latitudo	3	3	50 B.

Ponatur idem Apogæum ♀ & ☉, ſumpta noſtra præceßione æquinoctiorum 28° 4′, indagatur locus ♀ ad hunc diem.

Simplex longitudinis ♀	0ſex	26°	20′	0″
Apogæum ♀	1	7	48	30
Potius fuißet	1	7	48	0
Anomalia Eccentri ♀	5	18	31	30
Æquatio Eccentri ad.		1	18	50
Scrupula prop.			6	43
Coæquatio anom. ecc.	5	19	50	20
Coæquata long.	0	27	38	50
Simplex commut. (Tab. Prut.)	2	14	54	12
Coæquat. commut.	2	13	35	22
Æquatio paral.		45	6	56
Exceßus		1	36	49
Pars congruens			10	50
Abſoluta proſt.		45	17	46
Coæquata long.	0	27	38	50
♀ a 1 ♈	1	12	56	36
Præceßio vera		28	4	0 [1]
Longitudo ♀	1	41	0	36

Incidit ergo locus ♀ in 11 0½ ♋ die 6 Maij H. 9⅔ P. M.

Ex noſtro calc.	Ex obſerv.	Calc. Prut.	Calc. Alph.
Long. 11 0½ ♋	11 3 ♋	10 3 ♋	10 51 ♋
Lat. . . .	3 3⅝ B.	3 6 B.	3 9 B.

DIE 7 MAIJ.

Cum ♀ abeßet a meridiano verſus occaſum H. 5 29′ & per horologium eßet H. 9 49′, fuit Declin. ♀ per Armillas Auſtrales 26° 0′ B.

Diſt. inter ♀ & ♂

H.9 19	43 55¼	Tunc fuit Alt. ♀ per Radium 20¼°.
9 20	43 55⅛	

Inter ♀ & cor ♌

9 33½	42 9⅜
9 35	42 9⅛
9 38	42 9⅛
9 41½	42 9⅛
9 55½	42 9¼

Hoc veſperi erat ſerenius quam antecedenti, & ♀ erat in maxima remotione, vnde his potius fidendum.

[1] Adſcriptum eſt »Potius 28 4½«.

Et conferri poteſt locus eius ex diſtantia a ♂, hoc reſtituto.

Inter ♀ & inferius caput ♊

10 4	6 31	Non ſatis certa, quod vtraque ſtella horizonti erat vicina.
10 9	6 32	

Inter ♂ & Spicam ♍

11 16	52 13½	*Hinc inquiratur locus ♂ & ex hoc ♀.*
11 20	52 13⅔	

H.11 24½ erat Declinatio ♂ 14 22½ per Armillas Auſtrales, fuitque tum temporis cor ♌ a merid. verſus occaſum H. 5 12⅜, vnde poteris horologium corrigere. Tranſibat autem meridianum cor ♌ H. 12½.

Inquiſitio loci ♀ ad diem 7 Maij.

H.9½ Diſt. ♀ a corde ♌	42	9½	
Decl. ♀	26	0	
Decl. cordis ♌	13	58	
Ang. diff. aſcenſ.	43	13	55
Aſc. R. cordis ♌	146	32	5
Ergo Aſc. R. ♀	103	18⅙	
H.9⅓ Diſt. ♀ a ♂	43	55¼	
Decl. ♀	26	0	
Decl. ♂	14	22	
Ang. diff. aſcenſ.	45	23	7
Aſc. R. ♂	148	43	0
Ergo Aſc. R. ♀	103	19	53
Pone H.9 M.25 Aſc. R.	103	19	0

Alt. 20°, Parall. alt. ♀ 4½′, Long. 2′ 40″, Lat. 3′ 40″.

Reſp. Long.	11	57	53 ♋
Lat.	3	1	53 B.

Iuxta N. rationem ad idem tempus Long. 12 0¼ ♋

	Ex noſtro calculo	Ex obſerv.	Calc. Prut.	Calc. Alph.
Long.	12 0¼ ♋	11 58 ♋	11 0½ ♋	11 49 ♋
Lat.	...	3 2 B.	3 6½ B.	3 11 B.

Pro loco ♂ Die 7 Maij, a quo etiam ♀ obſeruata eſt.

H.11¼ Diſt. ♂ a Spica		52	13½
Decl. ♂		14	22½ B.
Decl. Spicæ		8	56½ M.
Ang. diff. aſcenſ.	47	7	40
Aſc. R. Spicæ	195	51	40
Ergo Aſc. R. ♂	148	44	0

Reſp. Longitudo ♂	25	55⅓ ♌
Latitudo	1	32⅔ B.

DIE 11 MAIJ.

H.9⅙ Declinatio ♀ Borea per Armillas Auſtrales 25 33

DIE 12 MAIJ.

H.9⅙ Declin. ♀ B. 25 23 per Arm. Auſt.

Diſt. inter ♀ & ♂ per Sext. veterem.

H.9 13½	41 28½	
9 14	41 29	
9 18½	41 28½	
9 20	41 29¼	
	Inter ♀ & cor ♌	
9 30	37 29¾	Tunc fuit Alt. ♀ 18 Gr. per Rad.
9 31	37 29¾	
9 32½	37 30	

Repetita eadem diſt. ♀ & cordis ♌

9 55	37 29¼
9 58	37 29⅙
	Inter ♂ & Spicam ♍
10 5	50 3
10 8	50 3

Diſtantia cordis ♌ fuit H. 10 10′ a meridiano verſus occaſum per Armillas Auſtrales H. 4 31′. Hinc verum tempus inquiri & horologium rectificari poterit. Et paulo poſt obſeruata eſt declinatio ♂ B. 13° 30¼′ per Auſtrales Armillas.

Declin. ♀ cum prope horizontem eßet 25 25 per eaſdem.

H.10 18½′ Cor ♌ a meridie H.4 39 P.M.

DIE 17 MAIJ.

Diſt. inter ♀ & cor ♌

H.10 53	32 58⅔	Per Sext. △ vet.
10 55	32 59¾	
10 58	33 0⅛	

11 4 Decl. ♀ 24 40 B. per Arm. auſt.

11 10 Diſt. inter ♂ & Spicam ♍ 47 44 per Sext. △ vet.

11 30 Decl. ♂ B. 12 38½ per Arm. auſt.

Hæ obſeruationes ſunt mediocres tantum.

DIE 18 MAIJ.

Ad Veſperas. Diſt. inter ♀ & cor ♌

H.9 M.43		32 11⅓	Per Sext. veterem
9 46		32 11	
10 15⅔	Decl. ♀ B.	24 29½	per Arm. Auſt.
10 23	Repetita diſtant. inter ♀ & cor ♌	32 10½	
	Diſt. inter ♂ & cor ♌		
10 26		6 49	Per Sext. vet.
10 27		6 49	
	Inter ♂ & Spicam ♍		
10 31		47 16¾	
10 33		47 17	
10 34		47 16¾	
10 40	Decl. ♂	12 27 B.	per Arm. auſt.

10 46⅔ diſtabat cor ♌ a merid. verſus occaſum per Armillas Auſtrales H.5 18½′. Unde temporis correctio elici poteſt.

Pro loco ♂ Die 18 Maij

Diff. Aſc. R. a corde ♌	6	50	4	
Ergo Aſc. R. ♂	153	22	9	
Diff. Aſc. R. a Spica	42	26	13	
Ergo Aſc. R. ♂	153	25	27	
Aſc. R. ♂ limitata	153	23	40	
Reſp. Longitudo ♂	0	50	46	♍
Latitudo	1	19	28	Sept.

DIE 14 SEPTEMBRIS.

His duobus ſequentibus diebus 14 & 15 fuit apprime ſerenum, adeo vt nulla nubecula vſpiam in toto aëre conſpecta ſiet, erat etiam tranquillitas aëris amænitati apprime coniuncta. Quare tam Solem, vt ſuo loco vlterius patet quam aliquos Planetas in hunc ſequentem modum diligenter ipſemet præſens obſeruaui, idque in obſeruatorio extra arcem ſubterraneo, partim per Armillas Magnas ſubterraneas, partim per Sextantem Trigonicum vel Quadrantem Portatilem.

Primo, mane.

Diſtabat inferius caput ♊ a meridiano

H.4 3⅓	*verſus ortum*	*45 6½*	
4 6	*vt prius*	*44 30*	
4 11	*vt prius*	*43 15*	*fide huic.*

♃ ab inferiori capite ♊ per Armillas magnas ſubterraneas[1].

4^H35^M	*Diſt. æquatorea*	*39 58*	
4 38	*Eadem diſtantia*	*39 56½*	
4 47⅓	*♀ & oculus ♉*	*73 46*	
	Alt. ♀ erat 26 partium.		
4 52	*Eadem ♀ diſt.*	*73 43½*	*melior*
	Alt. ♀ 27 p.		
4 56	*Eadem diſtantia*	*73 44½*	*bona*
	Alt. ♀ 27½ p.		
5 0	*Diſtantia eadem*	*73 47½*	
5 4	*Eadem diſtantia*	*73 47½*	*bona*
	Alt. ♀ 28 p.		
	Vtere diſtantia	*73 47*	*absque omni errore.*
5 8	*viſa eſt declin. ♀*	*14 9¼*	*bor.*
5 11	*Eadem decl. ♀*	*14 9*	
5 15	*♀ & Aldeb.*	*73 45½*	
5 24		*73 49*	
5 31		*73 50*	
	Alt. ♀ 32 p.		
5 34	*Decl. ♀ fuit*	*14 8½*	
	Alt. ♀ 32½ p.		
5 36	*Eadem Decl.*	*14 8½*	
5 38	*Decl. ♃*	*21 21½ B.*	
	Alt. ♃ 53½ p.		
5 40	*Decl. ♃*	*21 21*	
5 42	*Eadem*	*21 21*	
5 45	*inter ♃ & ♀ per æquat.*	*67 1*	

☉ medius oriri viſus eſt H.5 59′
♀ tunc abfuit a merid. $46^p22'$.

Cum ☉ ½ gradu ortus eßet, viſa eſt ipſius Decl. 0 14½, idque in ſuprema circumferentia, ergo centrum in æquatore.

Deinde ♀ a ☉ in hunc modum obſeruauimus vt ſequitur.

[1] Tempora quæ ſequuntur correcta ſunt; Error horologii = + 12ᵐ.

6 36 Inter ♀ & ⊙ per æquatorem 43 48½
6 40 Solis viſa Decl. 0 18
♀ a Sole in gradibus æquatoris P. 43 M. 50 eſtque melius. Alt. vero ⊙ tunc erat 5½.
6^H46^M ♀ a ⊙ 43 48½, Alt. ⊙ 6½.
7 14 ♀ a ⊙ 43 47 vnico pinnacidio Alt. ⊙ 10¼[1].
Horologium in meridie ſequenti tardius mouebatur 13 M. 20 S. per dies 4, idque correxi.

DIE 15 SEPTEMBRIS.

Rurſus erat toto die & nocte præcedente admodum bene toto cœlo ſerenum & tranquillum. Et hæc ſequentia ipſemet præſens obſeruaui. Primum pro correctione inſtrumenti viſa eſt ſtella in Cathedra Caßiopeæ in diſtantia a polo 33 7½ oblique iacens, vnde Armillæ maiores ſubterraneæ bene ſe habent in ſitu.

3^H30^M	*Declinatio ♃*	*21*	*21½B.*
3 50½	*Declinatio ♄*	*4*	*3½*
3 53½	*Eadem ♄ Decl.*	*4*	*4*
4 2	*♄ & Aldeb. per æquat.*	*46*	*28*
	Alt. ♄ 26½ p.		
4 2½	*♄ & Aldeb. Diſt. per Sext. vet.*	*47*	*10*
4 6	*♄ & Aldeb. per æquat.*	*46*	*30*
4 10	*♄ & Ald.*	*46*	*33*
4 14	*Eadem*	*46*	*29¾*
4 17½		*46*	*31¼*
4 21		*46*	*28*
	Alt. ♄ 25 p.		

Hæc varietas accidit propter ampla pinnacidiorum foramina, quare limitanda.

4 19	*Inter ♄ & Aldeb.*	*47*	*8*
4 25½	*per Sext. Trig.*	*47*	*8¾*
4 32½		*47*	*9*
	Altitudo ♄ P. 23½.		
4 37	*♄ ab Aldeb. per æquatorem (poſt attenuata pinnacidia)*	*46*	*32 bona*
4 38	*Diſtantia*	*47*	*9*
4 41½	*Eadem diſt. æquat.*	*46*	*32 bona*
	Alt. ♄ 22 p.		
4 44½	*Decl. ♄*	*4*	*3½*
4 48	*♃ & merid. caput ♊ per Sext. △*	*36*	*50¾*
4 50½	*♃ & mer. caput ♊ per Armillas magnas in æquatore*	*40*	*1*
	Alt. ♃ tunc 55½.		
4 54	*Eadem diſt. fuit*	*40*	*2*
4 57	*Eadem in æquatore*	*40*	*0*
4 59½	*Eadem in æquatore*	*40*	*0½*

Potes itaque absque omni ſenſibili errore vti diſtantia circa hoc tempus 40 1.

5 0	*diſtabat ♃ a merid. cap. ♊ per Sextantem*	*36*	*51 bis*
5 2	*Decl. ♃ obſeruata*	*21*	*22½*
5 4	*Eadem vt prius*	*21*	*22½*
5 9	*Infer. ♊ & ♀, diſt. æq.*	*27*	*54*
5 10	*Eadem per Sext.*	*29*	*48*
5 12½		*29*	*48*
5 13	*Diſt. æquatorea*	*27*	*51*
5 15½	*Diſt. per Sext.*	*29*	*48*
5 17	*Diſt. ea per æquat.*	*27*	*50*
	Altitudo ♀ 29¾.		
5 20	*Diſt. per Sextantem*	*29*	*48*
5 23	*♀ a mer. ♊ per æquat.*	*27*	*49*
5 27	*Eadem diſt.*	*27*	*51¾*
5 31		*27*	*50½*
5 35		*27*	*48*[2]
5 38	*Declinatio ♀*	*14*	*0½*
5 42		*14*	*0½*
5 44		*14*	*0½*
5 45	*Inter ♃ & ♀ per Portat. Quadr. viſa eſt diſtantia*	*64*	*41¾*
5 48	*Decl. ♀*	*14*	*0½*
5 49	*Eadem diſt. per Portat.*	*64*	*42*
5 50	*Declin. ♃ viſa eſt*	*21*	*22½*
5 51	*Rurſus inter ♃ & ♀*	*64*	*41¾*
5 54	*Eadem diſtantia*	*64*	*42*

Atque hæ diſtantiæ acceptæ ſunt per Quadrantem Portatilem inter ♃ & ♀ cum ⊙ iam iam vellet oriri.

[1] In codice V.: »Nota. Antecedentibus diej obſeruationibus non multum fidendum propter inſtrumentum rurſus correctum«.
[2] In codice V.: »Atque hæc veniunt limitanda propter ♀ magnitudinem, diuerſitatem aliquam ingerentem«.

Oriebatur vero ☉ in Horologij Hora 6 M. 2 S. 45 quaſi, idque medius ſupra montes Scaniæ hinc orientales. Totus vero Sol ortus Hora exiſtente 6 3′ 55″.

6^H 3^M	*Inter ♃ & ♀ per æquat.*	*67*	*$55\frac{3}{4}$*
6 5	*Eadem per æquatorem*	*67*	*55*
6 8		*67*	*57*

Fuitque tunc Alt. ♀ 36^p.

6 10	*Inter ♃ & ♀*	*67*	*54*
6 13	*Eadem diſtantia*	*67*	*55*

Hæc varietas accidit propter lumen diej, Sole orto.

Potes autem circa Horam 6 vti Diſtantia Aſc. Rectæ ♀ & ♃ 67 56 absque omni ſenſibili errore, vel 55′ prout melius concordat cum Quadrante, nam diſtantias accepimus per Quadrantem Portatilem.

				Alt. ☉
6 17	*Decl. ♀*	*14*	*0*	
6 23	*Decl. ☉*	*0*	*$34\frac{1}{4}$*	*$2\frac{3}{4}$*
6 $25\frac{1}{2}$	*Eadem*	*0*	*$34\frac{1}{4}$*	*3*
6 29	*Eadem*	*0*	*$35\frac{1}{2}$*	*$3\frac{1}{2}$*
6 35	*♀ a ☉ per æquat.*	*43*	*$47\frac{1}{4}$*	*$4\frac{1}{3}$*
6 37	*Decl. ☉*	*0*	*$37\frac{2}{3}$*	*$4\frac{5}{6}$*
6 40	*☉ a ♀ per æquat.*	*43*	*49*	*$5\frac{1}{6}$*
6 42	*obſeruata eſt Diſt. ☉ a ♀ per Sext.*	*45*	*50*	
6 $42\frac{1}{2}$	*Decl. ☉*	*0*	*$39\frac{1}{2}$*	*$5\frac{1}{2}$*
6 46	*♀ a ☉ per æquat.*	*43*	*47*	
6 48	*Decl. ☉*	*0*	*40*	
6 49	*♀ a ☉, diſt. per Sext.*	*45*	*48*	
6 $51\frac{1}{2}$	*Declinatio ☉*	*0*	*$40\frac{1}{4}$*	*$6\frac{1}{2}$*
6 $54\frac{1}{2}$	*Diſt. a ♀ per æquat.*	*43*	*44*	*7*

Verum hæc vltima non eſt ſatis certa.

6 56 ♀ a ☉ per Sext. 45 $52\frac{1}{2}$ Venus autem bene videri per Sextantem non potuit[1].

Atque ex his antecedentibus obſeruationibus ♄, ♃, ♀ et inuicem et ad fixas habitis eorum loca exacte indagari poßunt, idque præſertim ad diem 15 eo quod eius diej obſeruationes ſint exactiores magis correcto inſtrumento et cæteris neceßarijs. Eſt autem ♀ non longe a remotißima a ☉ diſtantia. Et ♄ non longe ab ☍ ☉; ipſe ☉ iuxta æquatorem.

DIE 20 SEPTEMBRIS A. M.

Diſtantiam ☉ & ♀ ſumpſimus per Æquatorem Armillæ ſubterraneæ maiori affixum. Alt. ☉ per Quadrantem minimum.

	Diſtantia æquatoria		Alt. ☉
7^H $4\frac{1}{2}$	43	40	$6\frac{1}{2}$
7 7	43	41	7
7 15	43	28	
7 19	43	35	$8\frac{1}{2}$
7 $33\frac{2}{3}$	43	40	$10\frac{1}{6}$
7 $45\frac{2}{3}$	43	44	12
7 $48\frac{1}{2}$	43	$40\frac{1}{2}$	$12\frac{1}{2}$
8 $1\frac{1}{2}$	43	42	14
8 $4\frac{2}{3}$	43	40	$14\frac{1}{3}$
8 $13\frac{1}{3}$	43	44	$15\frac{1}{2}$
8 18	43	40	16
8 $26\frac{1}{3}$	43	40	17
8 35	43	40 fere	$17\frac{5}{6}$
8 38	43	$39\frac{3}{4}$	$18\frac{1}{3}$

Interea per Armillas obſeruata eſt

	Decl. ♀		
7 $41\frac{2}{3}$	13	9 fere	$11\frac{1}{2}$
7 $51\frac{1}{2}$	13	9 fere	$13\frac{1}{6}$
8 $9\frac{1}{3}$	13	9	$14\frac{5}{6}$
8 $46\frac{1}{6}$	13	8	19

Nota quod hoc die cœlum fere totum candidis nubeculis quaſi velo quodam tenuiori obcingebatur. Horologij error nullus.

DIE 21 SEPTEMBRIS A. M.

Rurſum pari modo ☉ & ♀ diſtantiam itemque ♀ declinationem fere in hunc modum venati ſumus.

	Diſt. æquatorea		Decl. ♀		Alt. ☉
$6^H 35^M$	43	29			$2\frac{3}{4}$
6 41	43	$31\frac{1}{6}$			$3\frac{5}{6}$
6 $50\frac{1}{2}$	43	$34\frac{1}{2}$	12	$58\frac{1}{4}$	
6 55	43	35			$5\frac{1}{2}$
7 $17\frac{1}{3}$	43	$36\frac{1}{2}$			$8\frac{1}{3}$
7 20			12	58	
7 $29\frac{2}{3}$	43	37			$9\frac{2}{3}$
7 36	43	38			

[1] Reliquæ obſeruationes declinationis Solis ſupra p. 358 ſq. inſertæ ſunt.

7 45 43 39½ 12
7 49 43 40
8 9⅓ 43 38½ 14⅔
8 21 43 38 16
8 41 43 31 quaſi

Tum ♀ a ☉ obſcurata viſu obſeruari deſijt.

Eodem die ante diluculum.

Diſtantia fuit obſeruata inter ♄ & Aldeboram per Sextantem veterem.

H.3 M.11½ 47 38⅙
4 2 47 38 Alt. ♄ 28°
4 5¾ 46 56 per æquator.
4 8 47 38 per Sext. vet.
4 18 46 55½ æquatorea
4 22¼ 46 55½ pari modo. Alt. ♄ 21°
4½ 44 37½ per Sext.
paulo poſt 47 37 per eundem
4 39 46 56 æquatorea
Inter ♃ & merid. caput ♊
4 45½ 39 59 per æquator.
4 50 40 0 item æquatorea
4 49 36 53 per Sextantem
4 53 40 0 per æquatorem
4 57 Decl. ♃ 21 22 exacte
5 0 36 50¼ Diſt. eorundem
5 7 36 51
mox deinde 36 52 per Sextantem
eadem inſtante 36 52
Inter ♀ atque M. caput ♊
5 9 33 29¼ Diſt. per æquat. Alt. ♀ 27⅔°
5 14 33 29 æquatorea
5 19 33 30 item æquat.
5 23 33 30½ æquatorea
5 24 35 0
5 27 34 59½ per Sextantem veterem
5 30 35 0⅔
5 32 24 59½
5 33½ Decl. ♀ 12 59, Alt. ♀ 31°.
Inter ♃ & ♀ planetas
5 45¼ 73 30½
5 50 73 30 fere Diſtantia æquatorea
5 53 73 30½
5 46 70 12
5 48 70 11⅔ Per Quadr. portat.
5 52 70 12

DIE 22 SEPTEMBRIS.

Ante diluculum.

H.2 36⅔′ Decl. ♄ Bor. 3 50, Alt. 32°
Inter ♄ & Aldeboram
3 15 Diſt. 47 42
3 24 47 41 per Sext. △
eodem inſtanti 47 42
3 16 Diſt. æquat. 47 1
3 26½ 47 1
3 29⅓ 47 1
3 40 Diſt. rurſus 47 41
II 47 42 per Sext. △
III 47 41½
3 36 & 39 Decl. ♄ 3 50½ Alt. ♄
4 18⅓ 3 51 20¼
Inter ♄ & merid. caput ♊
4 3⅓ Diſt. æquat. 40 0
4 6⅔ 39 59¾
4 28 39 59⅓
4 32 40 0
4 12 Decl. ♃ 21 21⅓ per Armillas
4 16 21 22 fere
4¼ Eorundem 36 50⅔
Diſt. II 36 51⅔ Per Sext. △
III 36 51⅔
Inter ♀ & mer. caput ♊
4 37 Diſt. æquat. 34 24
4 40 34 24⅚
4 45 34 24
4⅚ Diſt. eorundem 35 49 per Sext. inter nubes
Eodem inſtanti 35 49
4 51 Decl. ♀ 12 47½ Alt. ♀ 25¼
Inter ♃ & ♀ planetas
5 0 Diſt. 74 27½
5 3⅔ æquat. 74 27½ Alt. ♀ 27
5 5 74 27½
5 7¼ 74 27⅔
5 18½ Diſt. 71 10
5 20½ eorun- 71 9¾ per Q.Port. inter raras nubes
5 23 dem 71 9¾
5 12 Decl. ♀ 12 47 per Armillas ſubterr. maiores

DIE 23 SEPTEMBRIS.

Ante diluculum.

H. 3½ Decl. ♄ 3 48⅓ Alt. ♄ 26 p. ¼
3 43′ 3 48¼ 25 p.

Inter ♄ & Aldebor.

3 50	Diſt. æquat.	47	5	
3 53⅓		47	5½	
3 58½		47	5½	
Paulo poſt	Decl. ♄	3	48	Alt. 22 p.
4 37	Diſt.	47	47	Per Sext. Trig.
4 39		47	45⅔	
4 43		47	45	
Paulo poſt, exactius		47	46	

Inter ♃ & merid. caput ♊

4 23	Diſt. æquat.	40	0½	
4 29½		40	0⅔	
4 44⅔		40	0¾	
4 30⅙	Decl. ♃	21	21½	per eaſdem Armillas
4 45	Diſt. ſimplex	36	49½	per Sext. Trig.
		36	49½	

Inter ♀ & merid. caput ♊

4 58⅔	Diſt. æquat.	35	24½	
5 4⅔		35	25⅓	
5 10½		35	25½	
4 57	Diſt. ſimplex	36	46½	per Sext. Trig.
		36	46½	

Inter ♃ & ♀ planetas

5 21½	Diſtantia	72	7⅔	Per Q. Portat.
5 24		72	7⅓	
5 25		72	7⅓	
5 28½	Diſt.	75	28½	
5 34⅔	æquat.	75	28⅓	
5 37⅓		75	28⅙	
5 44⅓	Decl. ♃	21	21	per eaſdem Armillas
5 47⅔	Decl. ♀	12	33	

Hora 6 M. 14⅚ ☉ cum ſuperiori limbo, 17⅔ M cum hemiſphærio, M. 21 cum inferiori limbo emerſit. Alt. ♀ 27 p.

Inter ☉ & ♀ planetas

Hora 7 M. 17, cum ☉ eßet altit. 8 partium, per eaſdem Armillas ſubterraneas diſtantia æquatorea 43 29

H. 7 M. 20⅔	43	28
7 23½	43	31
7 27⅔	43	32¼
7 40	43	32½

De Horologio nihil ambigui relinquitur, nam in 24 horis tantum in 1½ minutis circa meridiem celerius iverat, qui error facile negligitur.

Ad diem 23 SEPTEMBRIS huius anni 85, cum ♀ eßet circa maximam ſuam a ☉ diſtantiam matutinam, inquiſitus eſt eius locus in hunc modum qui ſequitur.

Die 22 H. 17.0 P. M. Sept.	Diff. Aſc. R. inter ♀ & merid. caput ♊	35	25½
	Declinatio ♀ Borea	12	33½
	Aſcenſio Recta ♀	145	23½

Provenit Longitudo 23° 28¼′ ♌, Latitudo 1° 15′ M.

Examinatio inuenti loci ♀. Diſtantia inter ♀ & meridionale caput ♊ inuenta eſt 36 46⅙, quæ cum obſeruato propemodum convenit. Fuit enim 36 46½, ideoque long. & lat. ♀ recte inuentæ ſunt.

Pro loco ♀ ſecundum noſtram rationem.

Simplex motus longitudinis ♀ a 1 ♈	2 ſex	43°	37′	21″
Locus Apogæi communis cum ☉	1	7	47	30
Anomalia Eccentri ♀	1	35	49	51
Æquatio Eccentr. ſub.		1	59	49
Scrupula proport.			31	6
Simplex anom. commut.	3	40	46	29
Coæquata anom. eccentri	1	33	50	2
Coæquata longitudo	2	41	37	32
Coæquata commutatio	3	42	46	18
Parallaxis orbis ſub.		45	7	55
Exceßus		1	43	24
Pars congruens			53	35
Abſoluta æquatio ſub.		46	1	30
Diſt. ♀ a Iª ♈	1	55	35	2
Vera præceßio æquin.		28	5	
Longitudo ♀	2	23	41	2

Ergo incidit ♀ in 23° 41′ ♌ die 23 Sept. H. 5 A. M.

	Ex N. calculo	Ex obſeruat.	Calc. Prut.	Calc. Alphonſ.
Longitudo	23° 41′ ♌	23° 28′ ♌	23° 16′ ♌	23° 30′ ♌
Latitudo ♀		1 27 M.	0 48 M	1 27 M.

Nota. Diſcrepat hic ♀ circa maximam remotionem matutinam a calculo noſtro, poſito Apogæo ipſius vna cum Solis Apogæo ſcrupulis quaſi 13 quibus anterior eſt ipſa ſupputatione, quare cum maxima fere hoc tempore ſit eccentricitatis προσθαφερεσις, exiſtimo non tam in Apogæj conſtitutione errorem aliquem ſubeße, quam quod eccentricitatis ratio non ſatis exacte comperta ſiet, cuj probabiliorem fidem facit, quod hoc ipſo anno cum ♀ eßet circa limites maximæ elongationis veſpertinæ circa 6 & 7 diem Maij in eodem pene momento obſeruatio cum ſupputatione noſtra attribuendo ♀ri commune cum Sole apogæum conſentit. Habuit autem ♀ hoc tempore quaſi maximam eccentricitatem, in priori vero quaſi medio modo eccentricitas ſe habuit, ſed de his ſuo tempore accuratius eſt perſcrutandum.

Nota.[1] Si æquationem eccentricj ♀ris Alphonſinam accipiemus, quæ eſt 2 10, ſatis bene quadrabit negotium.

DIE 5 OCTOBRIS.

	Diff. Aſc. R.
H. 12 18′ ♃ & Caput ♈	*40 19*
12 25	*40 20½*
12 30	*40 18*
12 38	*40 20⅔*

Potes itaque absque omni ſenſibili errore vti diſtantia æquatorea ♃ circa hoc tempus a lucida capitis ♈ 40 20.

12 47 ♃ & infer. ♊	*43 42*	*Diſt.*
12 53	*43 29½*	*æquat.*
1 2 Decl. ♃ 20 51 bona		
1 6	*43 36¾*	*æquat.*

hæc fere ἐν πλάτει per nos obſeruata.

2 8 ♃ & cap. ♈	*37 42*	*Per*
2 15	*37 41½*	*Sext.*
2 22	*37 41½*	*△*
2 30 ♃ ab infer. ♊	*40 11½*	*Per*
	40 11	*Sext.*
	40 11⅓	
3 5 ♃ & Aldeb.	*6 0*	
repetita	*6 1*	

3 7 Decl. ♃ 20 50 vno pinn. Alt. ♃
20 51 altero 46⅔

DIE 8 OCTOBRIS.

Circiter 11 horam Declinatio ♄ 3 20 Borealis
Altero pinnacidio 3 20½

Oculus ♉ diſt. a 90 gr. in æquat.	♄ autem	Diff. Aſc. R.	
36 37⅓	84 51½	48 14⅙	Inter
37 29	85 42	48 13	nubes
38 9½	86 25	48 15½	

[1] A Tychone poſtea adſcripta.

Pone declinationem 3 20 Bor. & Diſtantiam æquatoream ab Aldeb. 48 15, & inſenſibiliter aberrabis.

Hanc autem obſeruationem potes conferre cum ea quæ die 23 Septembris facta eſt, hincque colligere locum ♄ in ☍ medij loci ☉.

DIE 10 OCTOBRIS.

Ad Veſperas. Inter ♄ & os Pegaſi

H. 10 M. 7 Diſt. æquat.	53 39
10 13	53 38¾
10 18	53 39½
10 31	53 39¼
10 33	53 39½
Declin. ♄ Borealis 3 16 vtroque	
Hora 10⅓ eorundem	53 38
Diſt. ſimplex	53 38
apparuit per	53 37½
Sext. △	53 38
Inter ♄ & Aldeboram	
10 47 Diſt. æquat.	48 25
10 50 per Armillas	48 24
10 55 ſubterra-	48 24½
10 58 neas	48 24
11 0	48 24¼
11 3	48 24
Rurſum inter ♄ & Aldeb.	
Hora 11¼ Diſt.	49 11
ſimplex per	49 11½
Sext. △	49 11
	49 11

Inter ♃ & lucidam ♈			11 32½		43 7⅝
11 20 Dift. æquat.	43 7⅝		11 45 Decl. ♃ Bor.		21 15
11 25 per Armil-	43 7		Altero pinnacidio		21 15⅛
11 30 las fubterr.	43 7¾				

Sequentia pro ♄ in ☍ medij loci ☉ ad diem 23 Septembris & 10 Octobris collata.

DIE 23 SEPTEMBRIS.

H.4.0	Differentia Afcenfionis Rectæ ♄ & oculi ♉	47 5½
	Afcenfio Recta oculi ♉	63 5½
	Afcenfio Recta ♄	16 0
	Declinatio ♄ Borealis	3 48¼
	Hinc Longitudo ♄ 16° 11′ 48″ ♈, Latitudo	2° 48′ 3″ M.

	Ex obferuatione	Ex Pruten. cal.	Ex Alphon.
Longitudo ♄	16 11⅝ ♈	16 15 ♈	18 10 ♈
Latitudo	2 48 M.	2 48 M.	3 2 M.

DIE 10 OCTOBRIS P. M.

H.11.0	Differentia afcenfionis ♄ & Aldeboram	48 24
	Declinatio ♄ B.	3 16
	Afcenfio Recta ♄	14 41½
	Hinc fit Longitudo ♄ 14° 47′ 0″, Latitudo	2 47 40 M.

	Ex obferuatione	Calc. Pruten.	Calc. Alphon.
Longitudo ♄	14 47 ♈	14 45 ♈	16 39 ♈
Latitudo	2 47⅔ M.	2 48 M.	3 3 M.

Pro tempore ☍ fimplicis motus ☉ & veri ♄ ex præcedentibus duabus obferuationibus. Motus diurnus ♄ colligitur 4′ 50″.

Hinc Die 26 Septembris H. 16.0 P. M. verus ♄ 15 52 40 ♈
Simplex motus ☉ 15 36 27 ♎
Differentia motus 16 13

Diurnus ☉ 59 8 } adde
Diurnus ♄ 4 50 }
Summa 1 3 58

dat 24ᴴ, q. 16 13. Proueniunt H. 6 M. 5, quo addito priori D. 26 16 0
♄ in ☍ fimplicis motus ☉ Sept. 26ᴰ 22ᴴ 5ᴹ P. M.

Fuit tunc ☉ medio motu 15 51 27 ♎
♄ vero motu in 15 51 27 ♈

Sed hæc denuo per motum diurnum ♄ⁿⁱ inæqualem funt examinanda.

Limitatio fequentis obferuationis accuratior[1].

Si accipiatur diftantia æquatorea ♄ & Aldeb. 47 5½ qualem obferuationes eo die bis præbent, & diftantia per Sextantem 47 46½ intermedia earum quafi quæ tunc capiebantur, prouenit angulus BAC 47 4½ quam proxime. Si itaque vtriusque accipiatur medium, fuerit angulus diftantiæ æquatoriæ 47 5 exacte, qui ablatus ab Afcenfione Recta Aldeboræ tunc 63 3 32, quibus refpondet Afcenfio recta ♄ 15 58 32, atque hinc longitudo 16 10 40 ♈. Porro fi pro 4 diebus et 5 horis, quibus ☍ eius cum ☉ fimplici pofterior fuit, fubduxerimus motum diurnum interea prouenientem 21, accipiendo videlicet pro quolibet die 5′, quod fatis congruit, erit ☍ ♄ cum ☉ in 15 49 40 ♈.

[1] Sequentia ad finem obferuationum planetarum hujus anni fcripta funt.

Indagatio temporis ☍♄ apparentis cum ſimplici ☉ ex obſeruationibus ſub finem Septembris ad initium Octobris ſc. proxime ante & poſt ☍ terminum habitis.

Die 23 Septembris H. 3 M. 50 Diſtantia æquatorea inter ♄ & Aldeb. 47 5
H. 4 M. 40 Diſt. per Sext. Trig. 47 47
Declinatio ♄ B. 3 48 0

Aſcenſio R. Aldeboræ 63 3 35, Decl. B. 15 36, atque hinc per ſupputationem triangularem inveſtigatur angulus differentiæ aſcenſionalis 47 $4\frac{5}{8}$ cum ſuperiori conueniens, ex quo Aſc. R. ♄ H. $4\frac{1}{4}$ matutina 15 $58\frac{2}{3}$. Reſp. ex tabulis novis Long. 16° $10\frac{3}{4}$′ ♈, Lat. 2° $48\frac{1}{12}$′ M.

Die 8 Octobris H. 11 M. 0 P. M. Diſt. æquatorea ♄ni & Aldeboræ 48 15. Ergo Aſc. R. ♄ 14 $48\frac{3}{5}$, Decl. B. 3 20, reſp. 14° $55\frac{1}{3}$ ♈, Lat. 2°47′0″ M.

Die 10 Octobris H. $10\frac{2}{3}$ Diſt. æquatorea ♄ ab Aldebora 48 25. Paulo antea diſt. æquat. ♄ni & Oris Pegaſi 53 39. Aſc. R. ♄ limitata 14 $38\frac{1}{2}$, Decl. 3 16. Reſp. Long. 14° $44\frac{3}{8}$′ ♈, Lat. 2° $46\frac{3}{4}$′ M.

Ex harum primis ac vltimis acronychijs ♄ obſeruationibus, aßumpto interea motu eius diurno 4′ 50″, prout ex locis ♄ datis per calculum elicitur, colligitur ☍ ♄ apparens cum ☉ ſimplici fuiße Die 26 Septembris H. 21 M. 38 P. M. Locus ♄ acronychius ad hoc momentum fuit in 15 50 20 ♈
emendatior 15 49 45
Locus ♄ ex calculis Copernici 15 $52\frac{1}{2}$ ♈
Alphonſinis 17 $48\frac{1}{3}$ ♈

N.B. Retento die 23 Septembris angulo differentiæ aſcenſionalis ab Aldebora 47 5, prout Armillæ circa horam 4 matutinam præbuerint cum & $\frac{1}{2}$ minuto plus haberent, prouenit Aſc. R. ♄ 15 $58\frac{3}{5}$, cui reſpondet Longitudo 16 10 40 ♈. At ad diem 26 horam $21\frac{2}{3}$ ſunt dies 4 horæ $5\frac{2}{3}$, quibus retroceßit $21\frac{1}{4}$, hæc ſi auferantur a priori loco erit locus ad ☍ ipſam 15 49 25 ♈, huic addit latitudo ob ductum in ſuo circulo 20″, et ſic verificatus locus ad tempus ☍ in 15 49 45 ♈.

DIE 11 OCTOBRIS A. M.

Inter ♄ & ♃

0ᴴ24ᴹ	Diſtantia	54	$29\frac{1}{3}$	Per Armillas
0 28	æquatorea	54	$28\frac{1}{4}$	
0 33		54	$28\frac{2}{3}$	
0 36		54	$28\frac{1}{2}$	
0 40		54	$28\frac{1}{6}$	

Diſtantia ♄ & ♃

0 58	I	55	$52\frac{1}{4}$	Per Sext. △
1 0	II	55	$52\frac{1}{3}$	
1 3	III	55	$52\frac{1}{4}$	

Inter ♃ & inferius caput ♊

1 28	I	37	35	Per Sext. △
1 30	II	37	$34\frac{1}{2}$	
1 33	III	37	$34\frac{1}{2}$	

Inter ſuperius caput ♊ & ♃

1 43	Diſt.	I	37	$53\frac{3}{4}$	Per Armill. ſubterr.
1 47	æquat.	II	37	53	
1 51		III	37	52	
1 54		IIII	37	52	
1 58		V	37	52	

2 5 Repetita Decl. ♃ 21 $15\frac{1}{2}$ Boreal.

Interea inſtrumentum iuxta fixas aliquot Caßiopeæ verſus occaſum obſeruatas eſt recte conſtitutum.

Diſtantia æquatorea ♀ & inferioris capitis ♊

4 47	Per Ar-	53	$37\frac{1}{2}$	Alt. ♀ quaſi 22°
4 52	millas	53	38	
4 57	ſubterr.	53	$38\frac{1}{2}$	

Diſtantia æquatorea ♀ & cordis ♌

5 14	Per Ar-	17	$5\frac{1}{2}$	Alt. ♀ 25°
5 17	millas	17	$5\frac{3}{4}$	
5 19	ſubterr.	7	6	
5 24	Decl. ♀ Bor.	7	$30\frac{1}{4}$	

Nota. Hæ obſeruationes ſunt exquiſitiores quam die 8 factis, fuit etiam multo ſerenius, & poteſt ex collatione cum 23 Septembris & hac nocte factis ♄ verus motus in ☍ ☉ indagari. ♀ vero cum eßet in diſtantia maxima matutina a ☉.

Ad diem 11 OCTOBRIS H. 5 0 A. M. inquiſitus eſt locus ♀ in hunc qui ſequitur modum.

H. 5. 0 A. M. Diff. Aſc. R. ♀ & inferioris capitis ♊	53	38½
Aſc. R. ♀	163	36½
Decl. ♀	7	30
Hinc prouenit Longitudo ♀	12	1⅙ ♍
Latitudo eius	0	0

	Ex obſeruatione	Cal. Pruten.	Cal. Alphon.
Long. ♀	12 1⅙ ♍	11 54½ ♍	12 5 ♍
Lat. ♀	0 0	0 44 B.	0 5 B.

DIE 18 OCTOBRIS.

H. 6⅙ Diſtantia inter ♄	21	44
& lucidam ♈	21	44½
per Sext. △	21	44

DIE 19 OCTOBRIS A. M.

H. 2 50[1] Diff. Aſc. R. ♃	36	50⅙
2 56 & infer. cap. ♊	36	50¼
3 0 per Arm. ſubterr.	36	50

3 2 Decl. ♃ B. 21 8 per Arm. ſubt.

DIE 22 OCTOBRIS.

11ᴴ21ᴹ Diſt. per Sext. △	50	2⅝
11 24 inter ♄ &	50	2¾
11 30½ Aldeboram	50	2⅝

11 41 Decl. ♄ 2 55½ per Armillas ſubt. Alt. eius 34⅔.

	Oculus ♉ a Mer. verſus ort.	♄ a Mer. verſ. occaſ.	Diſtantia æquatoria
11 55	27 17½	21 53	49 10½
12 0	25 23½	23 47½	49 11
12 4	24 57½	24 14	49 11½
12 7½	24 2½	25 9	49 11½

DIE 23 OCTOBRIS A. M.[2]

	Infer. cap. ♊ a Mer. ad ortum	♃ a Mer. verſus ortum	Diſt. æquatoria	Alt. ♃
1ᴴ31ᴹ	46 45½	4 54½	41 51	55
1 49	45 25½	3 33¼	41 52¼	55⅙
1 53	44 16½	2 23½	41 53	55½
2 1	42 24¾	0 32½	41 52¼	55½

2 6 Decl. ♃ B. 21 5½ per Armillas etiam ſubterraneas.

Obſeruatio ♀ eadem nocte ante diluculum.

	♀ a Mer. verſus ortum	Canis minor verſ. occaſum	Diſt. æquatoria	Alt. ♀
5 14	60 25⅙	6 23⅙	66 48⅓	18 55
5 17	59 40⅙	7 8	66 48⅙	19 20
5 20	58 55	7 54½	66 49½	19 55
5 22	58 17½	8 32½	66 50	20 10
5 28	56 59	9 51¾	66 50¾	20 40
5 31	Decl. ♃ B. 3 1½			21½

	♀ a Mer. verſus ortum	Cor ♌ a Mer. ad ortum	Diſt. æquat.	Alt. ♀
5 41½	53 37	23 55¾	29 41¼	22 20
5 44½	52 51	23 8⅔	29 42⅓	22 40
5 49	51 48½	22 16	29 42½	23 0
5 54	50 28¼	20 45½	29 42¾	23 45
6 18	Inter cor ♌ et ♀		31 24	26
6 22	per Sext. △		31 24	

Notare poteris quod circa H. 9 A. M. error horologij fuerit die proxime hanc noctem ſecuto inſenſibilis, ideoque tempora obſeruationum correctione non indigent.

DIE 5 NOUEMBRIS A. M.

Per Armillas ſubterraneas.
H. 0 0 Decl. ♃ 20 53 B.

	Infer caput ♊ a mer. verſ. ortum	♃ a mer. verſus ortum	Diff. Aſc. R.
0 13	55 25	11 55	43 30
0 17	54 34	11 4½	43 29½
0 37	49 49¼	6 20	43 29¼
0 40	48 30	5 0¾	43 29¼
0 30	fuit repetita Decl. ♃		20 52½ B.
0 35	Diſt. inter ♃ & lucid.		37 42½
	♈ per Sext. Trig.		37 42
			37 42½

Erat mediocriter ſerenum.

DIE 6 NOUEMBRIS.

5ᴴ42ᴹ Inter ♄ &	22	42
5 50 lucidam ♈	22	42
5 51 Decl. ♄ Bor.	2	39½

DIE 7 NOUEMBRIS, MANE.

0ᴴ34ᴹ Decl. ♃ 20 50½ B., Alt. 54⅚
0 55 20 50¾ bona

[1] Hæc tempora correcta ſunt in codice.
[2] In cod. V. Tycho adſcripſit in margine: »*Hæc referantur ſuperius ad 23 Septembris*«.

	Caput ♈ occid.	♃ orient.	Dist. æquat.	Alt. ♃
0 38	35 30	4 36	40 6	
0 42	36 27	3 39⅔	40 6 40	55 0
0 47½	37 56 30	2 11 15	40 7 45	
		♃ occid.		
1 8	43 13 0	3 4 40	40 8 20	
1 13	44 23	4 15	40 8	54½
	Canis min. verſ. ort.			
3 8	10 1¾	33 7½	43 9¼	
3 15	8 15	34 54½	43 9½	
3 19	7 24¾	35 44½	43 9¼	45⅔
3 26	Declin. Iouis		20 49½	

Obſeruatio ♀.

6 14 Declin. ♀ Merid. 3 14⅔ Alt. 20½
6 17 repetita 3 14½
6 34 Diſt. inter 48 41⅔ Alt. 22
6 37 ♀ & 48 41 22⅔
6 38½ cor ♌ 48 40⅔
6 40 48 41½

	Cor ♌ verſ. occaſ.	♀ verſus ortum	Diſt. æquat.	Alt. ♀
6 42½	6 27	39 27½	45 54½	23
6 45	7 5	38 51	45 56	
6 47	7 30	38 26½	45 56½	
6 49⅔	8 10	37 45½	45 55½	23⅔
6 54	9 19	36 37½	45 56½	24
6 56¾	9 56	36 0	45 56	
6 58⅙	10 23	35 32	45 55	24⅓
7 0	10 55	35 0	45 55	
7 7½	Decl. ♀ M. vno pin.		3 16½	25
	Altero pinnac.		3 16⅔	

DIE 9 NOUEMBRIS, MANE[1].

$7^H 47^M$ Decl. ♀ M. 4 9, Alt. ♀ 27¼
8 6⅓ 4 8½

DIE 12 NOUEMBRIS, AD VESPERAS.

$9^H 47^M$ Decl. ♃ 20 44 Alt. 44¼
9 53½ Inter ♃ & 36 39 } bonæ,
9 56 lucid. ♈ 36 39 } Alt.
9 57½ per Sext. 36 39 } 45°

	♃ a mer. or.	Caput ♈ occid.	Diſt. æquat.	Alt. ♃
10 0⅔	37 14	2 5	39 19	
10 5½	35 58	3 20½	39 18½	45⅔
10 26	Decl. ♃		20 43½	

Erat mediocriter ſerenum.

[1] Cf. ſupra p. 375, inter obſeruationes Lunæ.

DIE 15 NOUEMBRIS, MANE.

Hac nocte fuit interdum mediocriter ſerenum.

$4^H 37^M$ Decl. ♃ per Armillas ſubterr. 20 40⅓ Alt. ♃ 34

	Infer. cap. ♊ occ.	♃ a mer. occ.	Diſt. æquat.	Alt. ♃
4 44	21 45	66 39	44 54	
4 47	22 35	67 30	44 55	
	Can. min. occ.			
5 10½	28 46½	73 8	44 21½	26¼
	Inf. cap. ♊			
5 16	29 38	74 32½	44 54½	
5 18	30 6½	75 1	44 54½	25
5 21	30 49½	75 42½	44 53	
5 24½	31 51½	76 45⅓	44 54	

5 4 Decl. ♀ 6 36, Alt. ♀ 8°
5 29½ Decl. ♃ 20 40¼, Alt. ♃ 23 45′

Per Sextantem

5 36¾ Diſt. inter 41 23½ Alt. 22⅔
5 39½ ♃ & infer. 41 24¼
5 42½ caput ♊ 41 23½
5 46 Diſt. inter 45 23
5 48½ ♃ & canem 45 23
5 50½ min. 45 22½
5 54 Decl. ♃ B. 20 40½ Alt. 19½
5 57 Decl. ♀ 6 39 Alt. 14¼
6 9½ Diſt. inter 5 49 15⅔
6 12½ ♀ & 5 50
6 18 Spicam ♍ 5 50⅙ 16⅓

	♀ or.	Cor ♌ occ.	Diſt. æquat.	Alt. ♀
6 23	45 13½	9 29½	54 43	
6 23½	44 41½	10 3	54 44½	17¼
6 28⅓	43 56	10 47	54 43	
6 33	42 50⅓	11 52½	54 42⅚	
6 36	42 4½	12 37	54 41½	18¼
6 39	41 18½	13 25½	54 44	
6 42	40 33	14 9	54 42	
6 45	39 38½	15 4½	54 43	

Obſeruatio ☿

6 51⅓ Declin. ☿ M. 13 33½, Alt. ☿ 5° quaſi.
6 52 Inter ☿ & 25 22½
6 54⅙ Spicam ♍ 25 21⅓
6 55½ per Sext. 25 21¼
6 57⅓ Trig. 25 23
6 58½ 25 23
6 59⅙ 25 22 Alt. ☿ 5⅔

7 2½ Decl. ☿ 13 35 M.
7 4⅙ Diſt. inter ☿ 25 24
7 6⅓ & Spicam ♍ 25 24 Alt. 6½
7 25⅙ Decl. ☿ M. 13 36½
Cum rurſus ☿ e nubibus emergeret.
7 28 Diſt. inter 20 51⅔ Alt. ☿ 13½
7 30⅙ ♀ & ☿ 20 47 ἐν πλάτει propter auroram.
7 34 Decl. ♀ M. 6 42 non ſatis certa
7 37 Decl. ♀ repetita 6 44¼ } Alt. ♀ 23
7 42 Altero pinnac. 6 44 } bonæ
7 44 ♀ a merid. or. 25 8½ pro horologio. Fuit autem horologium H. 4½ correctum per diſtantiam oculi ♉ a merid. verſus occaſum.

Apparuit hoc tempore matutino ☿ tanquam rubicunda quædam ſtella ſecundæ magnitudinis & mediæ quaſi 2 & 1 magnitudinis.

Supputatio motus ☿ ad obſeruationes diej 15 Nouembris mane.

H.7.0	Diſt. ☿ a Spica ♍	25	23½	
	Declinatio M.	13	35	
	Declinatio Spicæ	8	56	
	Angulus diff. aſcenſ.	25	28	5
	Aſc. R. Spicæ	195	52	
	Ergo Aſc. R. ☿	221	20	5

Reſp. Long. 13 4½ ♏, Lat. 2 20⅗ B.
Refractio M. 9
Parallaxis 4 Reſp. in long. 3 35 ad.
Differentia 5 in lat. 3 30 ſub.
Ergo vera Long. 13 8 ♏, Lat. 2 17 B.

DIE 21 NOUEMBRIS AD VESPERAS.

6ᴴ23ᴹ Inter ♃ & caput ♈ 35 29½ Alt. ♃ 21⅜
6 25⅔ Eadem diſt. 35 30⅔
Cœlo non ſatis ſereno.
6 29¾ Decl. ♃ B.
vno pin. 20 34¼
Altero pin. 20 34½ Alt. ♃ 22¾
6 51⅓ Oculus ♉ a mer. 73 12 pro horologio
9 34½ Lucida ♈ occ. 3 12
9 42 Inter ♃ & luc. ♈ 35 29 Alt. ♃ 47⅜
9 47 Eadem diſt. 35 29½
9 50 Eadem 35 29
9 54 Declin. ♃ 20 31⅓ Alt. 48½
9 56 Altero pinnac. 20 32
9 58 Diſtantia repetita inter ♃ & luc. ♈ 35 28⅚
9 59⅔ Eadem repetita 35 28¾
10 1 Diſt. ead. repet. 35 28⅚
10 10½ Diſt. inter ♃ & infer. cap. ♊ 42 21⅙ Alt. 46 p.
10 12½ Ead. diſt. 42 18
10 14 repet. 42 17½
10 15¼ 42 18
10 17 42 18 Alt. ♃ 51⅙
10 27⅓ 42 18

		Canis min. or.		♃ or.		Diſt. æquat.	
10	38⅛	64	52	19	35⅓	45	16⅔
10	40	64	20	19	3	45	17

10 45 Repet. Decl. ♃ 20 31¾
Altero pinnac. 20 31½ Alt. 52½
10 53½ Inter ♃ & infer. cap. ♊ 42 18
Eadem 42 17½
repetita 42 17⅔

		Canis min. or.		♃ or.		Diſt. æquat.		Alt. ♃
10	56	60	40½	15	21¼	45	19¼	52½
11	0½	59	34¼	14	15⅓	45	18 55″	
11	8½	57	39½	12	21	45	18½	
11	10⅓	57	12	11	52⅔	45	19⅓	52½
		Lucida cap. ♈ occ.						
11	14⅓	27	6	10	52	37	58	
11	16	27	33⅓	10	26¾	38	0¼[1]	
11	18⅔	28	5⅓	9	52¾	37	58¼[1]	
11	22	29	0	9	0	38	0	
11	24⅔	29	36	8	23¾	37	59¾	52⅔
11	29⅓	30	45	7	13¾	37	58¾	
11	35⅙	32	2⅓	5	58½	38	0[1]	
11	36¼	32	30	5	30⅓	38	0⅓	
11	38¼	33	0	5	1½	38	1½	
11	41½	repetita Decl. ♃				20	32 B.	54⅓
		Luc. ♈ occ.		♃ occid.				
12	41½	48	5	10	2	38	3	
12	47½	49	30¼	11	27⅔	38	2¾[1]	

Varietatem obſeruationis in diſtantia ♃ æquatorea a lucida ♈ peperit ☾ vicinitas & raræ quædam nubes.

[1] Sic in codice V.

DIE 22 NOUEMBRIS, AD VESPERAS.

9H 9½M	Inter ♃ & infer.	42 25⅙	Alt. ♃ 45¼
9 11½	caput ♊ per	42 25	
9 13	Sext. △	42 25	
9 17	Eadem reite-	42 25	
9 20	rata	42 25	certæ
9 22	Declin. ♃ Bor.	20 21	per

Armillas ſubterraneas.

	♃ orient.	Lucida ♈ occid.	Diſt. æquat.	Alt. ♃
9 31⅓	31 54¼	5 57½	37 51¾	
9 34½	31 6	6 44½	37 50½	47⅔

10 11½ Decl. ♃ 20 30 B. per Arm. ſubt.
10 15 repetita 20 30¼, Alt. ♃ 52

	Canis min. or.	♃ or.	Diſt. æquat.	Alt. ♃
10 21	64 35½	19 9	45 26½	52
10 23½	64 0	18 34	45 26	
10 25	63 29	18 2¼	45 27¼[1]	
10 27½	63 1	17 34	45 27	52⅓
	Lucida ♈ occ.			
10 41½	23 52½	14 0	37 52½	52½
10 47	25 9¼	12 41½	37 50¾	dubia
10 53	26 42¼	11 10	37 52¼	52⅔

11 9½ Decl. ♃ B. 20 30 per Arm. ſubt.
11 37 tranſiuit ♃ per meridianum.

	Canis min. or.	♃ ad occaſum	Diſt. æquat.	Alt. Can. min.
11 40	44 54¾	0 33½	45 28¼	29
	Inf. cap. ♊			
11 46½	43 51	2 9½	46 0½	
11 49½	43 6½	2 54⅔	46 0⅙	
11 52⅓	42 23	3 38	46 1	
		fere		

DIE 23 NOUEMBRIS A. M.

5H30M Decl. ♃ 20 31¼
5 36 fuit cor ♌ a merid. verſ. occaſ. 7 32¾ quod pro horologio corrigendo notare poteris.
5 41 Diſt. inter ♃ & infer. cap. ♊ per Sext. △ 42 26 } Alt. ♃
5 44 repetita eadem 42 26 } 17°
5 49 Decl. ♀ per Arm. ſubt. 10 3¼ M. Alt. ♀ 10¼.

	♀ or.	Cor ♌ occ.	Diſt. æquat.	Alt. ♀
5 56⅙	50 50	12 54½	63 44½	11¼
5 59	50 9	13 34	63 43	
6 2⅓	49 27	14 16	63 43	12⅔
6 4	48 54½	14 50	63 44½	
6 7	48 12	15 34	63 46 } dubia	13
6 25	Decl. ♀ repetita		10 5	14
6 31	42 13¼	21 30½	63 43¾	
		Spica ♍ or.		
6 34	41 22½	26 51½	14 31	
6 37	40 39	26 8½	14 30½	16¼
6 40	39 51¼	25 20¾	14 30½	
6 43½	39 0	24 28¾	14 31¼	16½
6 46½	38 16⅓	23 42¼	14 34	dubia

6 50 Declin. ♀ M. 10 5½
6 53½ Declin. repet. 10 5½ M.
6 55 Altero pinnac. 10 5½
6 56⅙ Diſt. inter 14 21¼ }
7 0 Spicam ♍ 14 22 } Per Sext. △
7 2 & ♀. 14 21¼ } Alt. ♀
7 3 Repetita 14 22 } 18°

	♀ or.	Spica ♍ or.	Diſt. æquat.	Alt. ♀
7 9¼	32 37	18 6	14 31	
7 11½	31 59	17 29	14 30	
		Cor ♌ occ.		
7 16	30 48	33 0½	63 48½	19½
7 21	29 34½	34 15	63 49½	19⅔
7 23½	28 57	34 53	63 50	20
7 35½	Decl. ♀.		10 6½ M.	
	Altero pinnac.		10 6½	21

	☉ a meridiano	Diſt. æquat. ☉ et ♀	Decl. ☉	Alt. ☉
8 37½	49 39	39 4½	22 2½	1½
8 42½	48 25	39 5¼	22 4	1⅔
8 46½	47 19	39 5	22 5	2½
8 48⅓	46 49½	39 5½		2⅔
8 55½	45 5	39 3¼	22 6¼	3½
8 59½	43 59	39 3½	22 7½	3⅚

Horologium in meridiano 8 ſcrupulis iuſto tardius ibat, fuit veſperi præcedente H. 5½ per ſtellas fixas correctum.

DIE 23 NOUEMBRIS.

Ad Veſperas. Obſeruatio ♄.
6H30M Declin. ♄ B. 2 28 per Arm. ſubterr.

[1] Sic in codice V.

6 33 Dist. inter ♄ & primam alæ Pegasi 32 50

6 35 Eadem reiterata 32 50½

6 37 32 50

6 39 32 49½

6 40 32 49⅓

(6 33 – 6 40: Per Sext. △)

	Lucida vult. occ.	♄ or.	Dist. æquat.	Alt. ♄
6 39½	57 14	22 32¼	79 46¼	33
6 44	58 28½	21 17	79 45½	
	59 24¾	20 21½	79 46¼	34½

6 53 Decl. ♄ 2 28, Alt. Vult. 22⅝

Eodem die obseruatio ♃.

10 10 Decl. ♃ 20 30 B., Alt. ♃ 52

10 12 Dist. inter infer. caput ♊ & ♃ 42 34

10 13⅙ Eadem 42 34 Alt. ♃ 52½

10 19½ Eadem 42 34

	Canis min. or.	♃ or.	Dist. æquat.	Alt. ♃
10 20	63 53	18 19½	45 33½	
10 23⅓	63 6¼	17 31⅓	45 34 55″	
10 25	62 40	17 5	45 35	
10 28	61 51½	16 15½	45 36	
10 31	61 8	15 32½	45 35½	
10 32	60 36	15 1	45 35	53⅚
10 58½ Decl. ♃			20 29½	

	Luc. capit. ♈ occ.	♃ or.	Dist. æquat.	
11 3¼	30 15	7 28	37 43	
11 9½	31 50¾	5 55	37 45¾	
11 13½	32 48¾	4 55½	37 44¼	
11 15⅜	33 21	4 24	37 45	
11 17	33 52½	3 51½	37 44	54

11 21 Inter lucidam ♈ & ♃ 35 14

11 28 Eadem ♃ & cap. ♈ 35 15

11 31 Eadem 35 14½

	Infer. cap. ♊ or.	♃ occ.	Dist. æquat.
11 45	43 5	3 4	46 9
11 48	42 16¾	3 53	46 9¾
11 51	41 39½	4 30½	46 10

DIE 24 NOUEMBRIS A. M.

6H 36M Decl. ♀ B. 10 29, Alt. ♀ 15¼

	♀ or.	Spica ♍ or.	Dist. æquat.	Alt. ♀
6 41	40 0	24 21	15 39	
6 42½	39 35½	23 57¼	15 38¼	
6 45	38 59	23 22	15 37	16
6 47½	38 19	22 41	15 38	
6 51⅙ Decl. ♀ repet.			10 29	17

	♀ or.	Cor ♌ occ.	Dist. æq.
6 56	37 49½	28 44	66 33½

Obseruatio ☿
Per Sext. △

		Dist.	Alt. ☿
7H 1½M	Dist. inter ♀ & ☿	21 59½	3¼
7 3⅙	Eadem	21 58	
7 4⅓	inter ♀ & ☿	21 59½	3⅛
7 5½	Ead. repetita	21 57	
7 6⅔	Ead. reiterata	22 1	
7 7⅚	Eadem	22 0	
7 10½	Dist. inter ☿	37 7	
7 11½	& Spicam ♍	37 7½	
7 12½	Ead. reiterata	37 7¼	4
7 16⅔	Decl. ☿ per Arm. non satis exacte.	17 44	4¼

7 18 Decl. repet. 17 40 fere exacte.

7 20⅚ Dist. inter ☿ & Spicam ♍ per Sext. △ 37 7½

		Dist.	Alt. ☿
7 24	Inter ☿ &	45 35	5⅙
7 26	Arcturum	45 35	bonæ
7 27½	Ead. repetita	45 34½	5⅝
7 30	Eadem	45 36	5½
7 34	Ead. repetita	45 37⅓	non satis exacte.

(7 24 – 7 27½: bonæ)

Potes in his vti distantia 45 36 absque omni sensibili errore, & fieri potest quod eleuatior factus nonnihil per refractionem locum mutauerit.

			Alt. ♀
